




pono
pono
pono

pono



Pf XVII - 196

POLYÆNVS
GALLICVS,
SIVE
STRATAGEMATA
GALLORVM.

Auct. IOAN. BAPT. BELLO,
e societate IESV.



TOLOSÆ;

Excudebat I. BOVDE, Typographus
Regius, sub signo S. Ioannis, iuxta
Collegium Fuxense. 1633.

Cum privilegio Regis.

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

ILLVSTRISSIMO

DOM. DOM. CAROLO.
DE SCHOMBERG
DVCI D'ALLHVYN,

Mareschallo ac Pari
Franciæ, Langothiæ
Proregi, &c.

MALE' queritur genus
humanum de mundi se-
nior. (PROREX IL-
LVS TRISSIME)
Profuit seculo nostro tot antè præmissa
esse, que non tam sideraeuoluerent, quam
consequenter etatem rerum gestarum
exemplis illustrarent. Quanquam enim
assidue querula est Philosophia, & pra-
teritarum etatum sapientiam in hac no-
strâ scilicet anxie desiderat: fateri ta-
men eadem cogitur, artium vniuersarum
posita olim tantum videri esse rudimen-
ta, vidente per gradus ad absolutum na-
turâ, ut pragmorum memoria eru-

E P I S T O L A.

diretur posteritas. Quod ut in ceteris
valet artes, ita elucet in militari vel
maxime. Illa enim à venatione, à visco,
à præstis sudibus; ab arcu & ariete,
à tumultuario impetu, ad hanc que iam
viget soleritatem prælufisse amicè merā
batuatione dicenda est. Neque vero ig-
nota profero apud eum cui se tota iam
pridem exprompsit antiquitas, commer-
cium linguarum venerata, quo Romanas
veterem, veteresque Athenas ciuis non
peregrinus à teneris frequentasti: ut po-
puli virtusque vetera bellorum monu-
menta, & quidquid apud eos fama
coleret, etiam inter barbaros transa-
ctum tui iuris faceres & famularetur
notitia tua orbis vniuersus. Nec impe-
ritè Vetus auctor, virum linguarum
trium peritum, non trilinguem, sed tri-
cordem appellavit. Quo iure ego te item
multicordem appellem, ni manis sa-
pientia & solertia totius corculum dici;
cui gentili, & patro ore administrata
veterum sapientia, consortio gaudet no-
vae solertia, & præteriorum peritiam
ad seculi mores, rerumque statum sic

EPISTOLAE

attemperauit, ut Europeorum linguarum notitia communem Ludonico administram paret, aut marte Vincendis, aut deuinciendis arte nationibus. Edente, opinor, sapientissimus Rex Gallica tores arma circumferre se voluit in eum hostem potissimum, cuius imperium per tot dissonantis oris populos diffusum, totidem quoque solet in unum exercitum cogere. Quanta porro est ad artem militarem, atque adeo ad Victoriae opportunitas, Imperatorem per se unum in legationibus excipiendis, in regendis transfugarum speculatorumque consiliis, in hostium litteris enarrandis, præpollere? sanè dixerim arcana prodidit qui ori alieno permittit.

Tu catus ad omnes
Restiteris fraudes, ut te nec noxia furto
Littera, nec pretio manus ira fiamata lateceret.
Verba rerum currus esse censebat olim
diuinus Plato. Hos currus in triumphos agitabit per universas hostium nationes scleria illa tua militaris, quā toutes hostium precipuum in patrio solo deuiciisti, quoties in eum expertus es.
Hoc Leucata loquitur, prædicat Insula,

Claud.
Pan. i.
de laud.
Stilic.

EPYSTOLA.

miratur cum orbe toto Perpinianum.
Quanta enim verò fuit, quam generosa,
quam Gallica solertia! infinitos bel-
lorum apparatus, tot autem annis digestos,
tanta omnium hostiarum regionum con-
tentione, noctis unius horis aliquot, clau-
de irreparabilis difflare.

Claud.
in 3.
cons.
Hon.

Leue-
tra vi-
goria.

Ilha in
Ruscin.
com.
liberata.

Victoria velox

Auspiciis effecta ruis. Nec profuit hosti-
Munitis habuisse locis, spes irrita valli
Concidit, & scopulis pacuerunt clausis
revulsis.

Parem haud dubie cladem, & noctem
ad similem metuebant ijdem hostes, cum
aliquot inde annis, ad obsessam Insulam
Valones pauculos, & tumultuarium
militem exiguo numero, in iustum exerci-
citum eduxisti, sub noctis illius crepus-
culum qua Leucatae noctem consequi-
tur. Neque sunt opinione decepti hostes,
quod ex illa quam adornaueras, cir-
cumiectis è iugis obstrentium tubarum,
tympanorumque multitudine, numero-
fas in se nostrorum copias ingruere ar-
bitrati, obsidionem exemplo soluere, non
metum. Magnos in hostem agit exer-
citus, qui solertia auspiciis, virtutes om-

EPISTOLA.

nes militares in pugnam educit. Hacum
copiarum delectus sensit imprimis Perpi-
nianum superioribus astimis: Etenim qua-
arc militum quadraginta milia repulit
anteriorē seculo; cessit vix decem milli-
bus hoc nostro: quod tuum fecit iteratō
iam fama. Voluebatur annus centes-
imus ab frustrata Francorum obſidione,
cum ſua tibi auspicia regenda credidit
Ludovicus, notam Gallico nomini à
Carolo Imperatore illatam, te Im-
peratore Carole inducturus. Nempe
faelicis omīnis premiseras augurium, quod
anno ſeculi noſtri tricesimo ſeptimo
Hispanie cladem intuleras, illuſtriori
etiam victoria quam que eft de iisdem
hostibus, per eundem Ruscinonis tractum:
irruptentibus relata ſeculi proxime lap-
ſi ſeptimo item ſuprà tricesimum an-
no. Felicem te Carole quem vni-
fibi ad maiorum noſtrorum labes emen-
dandas, ad decora cumulanda ſolertissi-
mum ducem agnoscis, & veneratur Gal-
lia. Non infelicem Polyænum meum,
qui te fortitus patronum ex fulgore no-
minis tui, vel ab ipsa prima codicis fron-

Perpi-
nianum
captum
anno

1642.

frustrà
tentā-
tum

1542.

contra
Carol. V.
Imperat.

Itrupere
Hispani

A. 1537.

&c. 1538.

virobi-
que videt

E P I S T O L A.

re ineluctabilem fidem operis instituto, quod in patria iustum defensionem aggressus est. Mereat ille auspiciis tuis ad multam certaque gloriam, non auctoris, sed patriae; dubius certe Mars esse non potest post victoriam: tum cum stare sub signis in procinctu, triumphus est.


Cenur-
ria pri-
ma.

In Polyæni nomen succenturiata Gallia est ex meritis Victoriis, sed arte, & fortitudine quesitis. Iam centuno capitibus hic hoste deuicto, si versabitur per aestua proxima inter commilitones sodalis, aut tecum in principiis, redibit altero tanto auctior Polyænus Gallicus; & delectus de tuo in alteram centuriam transcribet. Fane, impera, vince.

ILLVSTRISSIMÆ
EXCELLENTIÆ TVÆ

Longè addictissimus.

IOANN. BAPT. BELLVS.



D E
STRATAGEMATIS
SEV OCCULTIS
Bellorum consiliis R. P.
I. LE BEA V E
Societ. IESV.

EPIGRAMMA.

S pars Artes ludendi Hostis sine luce iacebat,
Quas neque cura ulli colligere vlla fuit.
Hec tua, multarum cui multa scientiarum,
Complesti modico codice, BELLUM stetit:
Belle! ast occultas Belli cum detegis Artes,
Quae tandem tanti Palma laboris erit?
Namque rurisque suas cum detegis hostibus Artes,
Destruere ipse tuum, BELLUM, videris opus.
Nam quid opus? siquidem fallendi et subiectis hostis
Hosti exempla, quis nunquid manuas erit?
Preuisas quis in insidias ultro irruit Hostis?
Deprensas vitat corna p tisa pl gas.
Arcanos Bellona suos (mysteria Luyas
Sunt eadem ac Cercis) rurisque inbetq; dolos.
Ludin' ludendo dum ricta subingeris Hosti
Consilia? ast nullus ludus hic esse potest.
Ipse cauere doces Hostis & Fall re, frandum
Hec dum exmpla, Dures quas respectare, resers.
Qui legit, hic discit facile hostem fallere at ille
Falletur spernet quis legere istud Opus.

P. I. H. A. S. I. R.



Ad Reuerendum Patrem

IOANN. BAPT. BEAV,
de Polyæno Gallico centum
capitibus comprehenso.

IA M satis indomitos animis in prelia Gallos,
Gloria bellorum, numerosis alla triumphis,
Per dominium Ponto, Terraque probauerat orbem.
Namq; per Europam, Lybiamq; Asiamq; fremens
Fama iubâ trularat, quatiens virisque cubile
Solis, & aduersos axes: testisque per omnes
Terrarum populos Gallo sub nomine terror.
Gallia sed Graias bello ingeniosa per artes
Non satis, ut domito, prudentia cognita mundo.
Hanc tu BELLE doces, Polyeneique laboris
Emulus, antiquo dum bella reuoluis ab uno,
Afferis hanc Gallis, & marte, ac arte superbis
Ausibus, Argolicas transfers in Galliea laudes
Arma, nec aqualem Galle facis Hellada geni.
Ac fera quem falso sibi Thracia nomine Martem
Arrogat, in Gallo genitum consistere celo,
Iunonis quo matris habent è latte colorem
Lilia, quo niveis via lattea candidat astris,
Regiaque in Gallo posuisse palatia regno,
Ardens Martis amor doceat, insuperabile bello
Robur, & in quavis audace discrimina virtus:
Et tu per dociles tabulis testabere terras.
At, quam fronte Iouis natam, sibi Pallada finoris
Grecia, Cetropisque deam praefacie Athenis:
Centenis capitiscenzenis laudibus auctor

*E*gide terrifica pariter, tacuisque timendam
Artibus, excundis tu Galla è fronte, bipenni
Lemniacà magnum quodies molita labore
Gallia fulminum cauta cum Pallade Martens
Ancopites belli per te coniunxit in ausus
Hec Germana sibi, cognataque munica Gallis.
Tu quoque d'is Gallos astus per bella recenses,
Pallada consiliis instructam, armisque potenter
BELLE paris, ceruice, manus positamque sepulcro
(Quo laudabilium quamvis, obliuia rerum)
Eruis illustres visa immortalis in auras
Ergo tibi, primis quod rerum auctoriibus olim
Debuit eternum gemina de laude Minerua
Quam memoras sculpisque cedro, vi Martis apert;
Laudatisque dolis, debedit Gallia nomen.
Vna, decus peperisse manus, scriptaque tueri,
Gloria, cum fatis rnum dat scriptor honorem.

P. A N T. C H A N V T
è Societ. I E S V.

IN: DEDICATI
Ad Reuerendum Patrem
IOANN. BAPT. BEAV,
Societatis I E S V.

E P I G R A M M A.

A Vde, age: quid refugis genrocis pectoris artes?
A Ingenuis Camarum gloria, BELLE, niuis,
Que te diua petis bifrons non fallere sueta,
Sed falli indocilis ad tua iussa vnit.
Illa dabat tutos, animi sine fraude, recessus
Innocui larebras pectoris illa dabat.

Enno-
dius.

Servus addidus I. F.
St. Marci B. L.



AD EVNDEM.

PROCVL hinc procacis atra
Altera bella, saus;
Ventique turbinesque
Mundi timor iacentis.
Procul hinc abeste nubes,
Nubes serenitatis
Maculae maligniores,
Naus iacentis aethrae
Ardentis orbis ira.
Vnde & faces cruentas
Et tela fulminata
Athos, Ossa, Peliusque
Alpesque pertimescant:
Quidquid timetur orbi,
Procul hinc, fuit feritque;
Hic sancta regna Pacis,
Tranquillitas aurea
Hic otia otiantur
Star hic Olympus, ultra
Bella euolutus: ultra, at
Non usquequaque **BELLVM.**
Enigma, dicas? auctor
Hoc nonne solvet vnuis
Qui hellu dum relegat
Ad Thracas hinc, Amicum
BELLVM simul perennat.

Idem addictus, I. F.
St. Marcer. S. I.



O P E R I S INSTITUTVM.

VETVS allucinatio' suæ
periora secula penè vni-
uersa tenuit, & ad nos vsque
deuoluta est, quâ dicuntur
Galli, non arte militari, sed
cæco impetu, in bello vtî.
Quæ quanquam debuit iam
pridem obsolescere, totedi-
tis in publicam orbis lucem
exemplis veræ fortitudinis;
tamen hoc potissimum secu-
lo obliteranda penitus vi-
debatur, quo vim consilij,
& maturitatem autem gen-
tis robori confitam esse, tot
tamque constantes victoriæ
cumulatè testantur. Et erunt,

opinor , illustres historici qui
res sub inuicto Principe hoc
seculo gestas , vt expressam
imperatoriaë artis & militaris
virtutis imaginem ad poste-
ros transmittant : ego vel ab
ipsis usque heroicis tempo-
ribus contendo solertiam
Gallicæ fortitudini cognatam
fuisse : Gallos fraudis nescios ,
sed illaudabilis ; ignaros doli
mali , boni consultos ; amore
bellicæ virtutis , cæterarum
fortasse nationum plerisque
de doli frequentia concessisse .
Nemo tantum feroceſ dixerit
Gallos , fraudibus agunt , iis
nempè fraudibus , quæ spe-
ciem semper , & decus præ se
ferant inuictæ fortitudinis .
Galli homines aperti mini-
mèque insidiosi , qui per virtu-

tem, non per dolum, dimicare consueuerunt. Dolum inquam, astutæ ignauiae, & fraudulentæ inertiae. Neque hi Galli sunt qui magni ducis cognomen, Lysandro cuiuspiam, aut Consaluo imperiant, quos ferunt solitos dicere, *Tesseris pueros, hostes per iuriis fallendos esse.* Dolos Gallia non repudiat, quos bona fides non improbet, probos agnoscat & legitimos vera virtus. Horum ego bene multos è superioribus retrò seculis, in unum laterculum coëgi. Ex his centenos quasi priorem in aciem digessi, descripturus plusculos deinde, si vita suppetit & fauet cœlum. Placuit verò militari uti nomenclatura, in bellicare. Cen-

Oppius
de bello
Affric.
c. 2.

turiam inscripsi, & syntagma-
ta. Illa vnica est, hæc quatuor
admodum ; quia bellicæ rei
quatuor in partes tota sum-
ma diducitur. Vel enim cam-
pestribus præliis hostes ag-
greditur ; vel retundit : muros
& vrbes tutatur , aut inuadit.
Priores partes Gallico Gla-
dio ; Scuto , secundas ; tertias,
Aggeri , Arieti , quartas con-
cessimus.

LEON. LEON. LEON. LEON.

G A L L I C Æ N O B I L I T A T I .

INDOLVI ego sæpiùs
(clarissimi & generosissimi
viri) tot bellicæ fortitudinis
præclara facinora , quibus il-
lustrata sunt à maioribus ve-

stris superiora secula; quibus
ipſi vos ætatem vestrā &
Principis optimi regnum de-
corastis, paucos intrà menses
vel annos, aut in opia Scripto-
rum; aut maleuolorum inui-
dentia sæpè contabuiffe. In-
tererat tamen publicæ rei, ad
omnem posterorum memo-
riam, ea propagari, quæ rerum
gerendarum essent exempla.
Principes sanè rerum Franci-
carum historici in gestorum
consignatione publicum nes-
cio quid perpetuò consecrati,
priuatorum rebus gestis su-
persedent; haud leui tamen
posteritatis incommodo. Est
enim historiæ vel inter præci-
puos fines, ille princeps, ut ea
nimirūm proferat quibus per-
ducta sunt, ad laudabilem exi-

rum, generosa cæteroquin na-
tionum, principumque con-
silia. Quæ quia vniuersa pri-
uatorum hominum plerumq;
facinora sunt; imperitè facit
qui consequentibus seculis
consulturus, ipsa tantum ge-
nera magnificè prosequitur,
priuatæ virtutis securus. At
(inquis) iubes ad immani-
tatem codicum excrescere,
vel quasslibet expeditiones
militares, si litteris consigna-
buntur? Ego verò eximia tan-
tum fortitudinis, & solertiæ
exempla proferenda conten-
do; quorum modus quovis
etiam in numero constare po-
test. Tamen huic pretiosæ
ubertati modum illum fecit,
& Romana & Græca Sapien-
tia; ut essent qui gesta priua-

torum in communi re, scorsim exponerent. Horum similes si nacti fuissent maiores nostri, orbis, inquam, illi viatores, frustrà Italia & Græcia Scriptorum copiam venditaret, nihil par nostrorum facinoribus prolatura. Non præstem ego, auctore me, huic imposterum malo prouisum irispero tamen fore olim viros & bene in Gallicam rem affectos, & ab ingenio paratores, qui conatus meos probent, & eodem instituto vindices agant rerum præclarissimarum. Vesta erit cautio (viri perillustres, & Gallicanæ militiae decora) dicendorum segtem suppeditare. Priori hac centuria per ætates suas, ad nos usque deduxi stratagema-

tum exempla, quæ singularem
nostrorum militum solertiam,
in seculi lucem expromunt:
secundam, tertiam & alias
deinde, vestrarum rerum mo-
numentis addico, si modò
eam amanti dabitis operam,
quam exigit à vobis, & amor
in patriam, & in patres, ma-
ioresque vestros veneratio.
Ex quo innotuit instituti hu-
ius mei ratio, contigit in dies
singulos obtundi mihi vnde-
cumque aures, frequentia mi-
litarium narrationum; qua-
rum non paucas quoniam
sublestæ fidei visæ mihi sunt,
nec satis certis auctoribus cir-
cumferri, consilio præteriui,
amore veritatis, quam vnicè
diligo, nec postremum arbi-
tror historiæ decus. Quam-

quam enim ficta de moribus
narratio, veniam habet, cum
veram affert utilitatem; ut Ma-
roni, Homero, Xenophonti
fraudi non cessit, in Ænea,
Achille, Cyro, veram virtu-
tem figmentis adumbrasse: id
tamen nobis licere noluimus
qui fertile Galliæ solum intel-
ligimus veris virtutum exem-
plis semper abundasse. Ergo
domestico illo ex penu &
vestra & maiorum sufficite
exempla; cum ea quæ ad has
Polyæni centurias supplen-
das, delectu habito pertinent;
tum quæ ad *Valerium Galli-
cum*, quem molimur. Polyæ-
num vestræ militari solertiæ,
Valerium fortitudini conse-
crabimus.



L V D O V I C O B E L L A T O R I ,

S T R A T A G E M A T A G A L L I C A .

D. D. D.

F R A N C . P O L Y A E N V S

Status
bello-
rum in
Europæ.
Anno
1641.

Hispani.

Trans-
alpini.

Heluetij.
& Bris-
gnani.

Germa-
ni.

Belga.

SI C ibi compositis Francus pugnamib[us] orbis
Ingenes, & varias miscens in pralia fraudes
Sperabis veteres in vulpe parare Leones;
Francica, se belli, virtus exspectas in artes,
Et mihi, circum velitans tua Lilia, pennis
Ilicer hostiles Solertia dissuas astus,
In patrum Lodeice decus. Sine annos Iberus
Antiquas reparare motas, aut vincula rebus
Aurea sollicitus tendas, geminosque fariges
In preuum vincendi indos. Sine Insube ranguis
Sibilet in fraudes, atque Itala pectora lingua
Mulcent, aut longis certes circum dare Spiritus
Mentis, iam toties nequidquam obsepea Casalli.
Sine etiam Helvetici sauteris Conitantia Rheni
Induere Austriacis, iam libera colla casenis,
Et capto susagas mundum vincere Brisaco.
Seu vetus extremas inducere frigus in artos,
Et sacra deceptis infringere pacta Succis
Hesperie molita dolis Germania sentet,
V[er]o coniuratos agas in præcordia ciues,

Bum vocat extremos ad Belgica signa Britannos. Cata-
Siue etiam in gremio quos Barcino susciens ignes launi.
Et sua Lusiades ad pristina regna vocatus,
Excusata omnia modis conetur lucris fronde. Lusitanæ.

Tu tamen iniustos, Lodoice, per omnia cines,
Et quicunque, sacro tibi se se fædere, neblunt,
Ocyus inducas, in publica commoda mundi,
Securaque trahas in libertatis homines,

Hec Martis furor! ô pacis ter amabile nomen!
Ecquando manus illa, manus nimiris inclita bello,
Inuidum robur pacis mirabis in artes?

TOLOSÆ Telesagum
Kal. Iulij 1641. in cœtu
gymnaſtico de veterum
Gallorum Francorumque
ſtratagematibus iuſtituto.

LECTORI BENEVOLO,

ET

GALLICÆ REI
studioso.

MENTEM meam apud te explanabit opportunitate, *vetus eiusdem rei scriptor.* Cum hoc opus, *sicut cætera, usus potius aliorum, quam meæ commendationis causa, aggressus sim, adiuuari me ab his qui aliquid illi adstruent, non argui credam.* Frontinus, in præfatione ad libros strategatum.

GO
GO



POLYÆNI GALICI
SYNTAGMA PRIMVM
GLADIUS
SIVE, DE HOSTIBVS
AGGREDIENDIS.

GRÆCIA IMBELLIS

CAPUT PRIMVM.

Brennus innior Gracorum captivos fame
confectos, & squalidos suis
spectandos prebet.

Circa Annum V. C. 462.

POLYÆNVS L. 7.

PANNONIIS & Illyrico
late vastatis, & accisa
re Macedonica, à Gal-
lis Sigoresi affeclis, in
Gracos bellum moturus Brennus

A



iunior, primūm cum suis certamen
inijt. Illus erat animis antiqua Græ-
corum gloria, & magni nominis
hæreditas, quæ posteros quamquam
imbellles, & maioribus detersiores,
tutabatur tamen insigni specie au-
tae dignitatis. In eam ut grauius pu-
gnaret Imperator solertissimus, ho-
stium nouo spectaculo, statuit suo-
rum prius oculos, animosque expu-
gnare. Et opportunè Græcorum
aliquot in vinculis iam ante non
paucos dies habebat. Hos diuturnâ
illuie, & situ obsitos, postremâ
macie deformatos, derasis capitibus,
& corporis breuitate contemnen-
dos, in publicam concionem pro-
ducit & imbellis multitudinis ludi-
brium. Ipse, ut suos etiam in sales &
iocos audere sensit, cum Principi-
bus Gallicanæ militiæ vritis in armis
stetit: & florentem oris speciem,
corporis bellicam dignitatem, auro
argentoque rigentes chlamydes va-
riegata paludamenta, vgrandes en-
ses Gallico more, aureis gemmeis-

Syntagma primum. ;
que vinculis de baltheo suspensos,
ingentia pila, gesa sequipedali cuf-
pide infesta, non tam ore, quam
manu subindicans. *Hi, inquit in hos*
pugnaturi. Nec plura: cum tam pro-
nus insecutus est animorum sensus,
ut veteri consuetudine, concussis ar-
mis, ac scutis, & ingenti plausum
alacritate, bellum in Græcos expos-
cerent, qui paulò ante Galici no-
minis obliiti, Græcorum fabulas
terrori sibi esse sustinuerant.

EPVLÆ GALLICÆ,

CAP VT IL

Fictâ fugâ medicatos cibos hostibus
obijciunt Galli.

*Athenaeus L. 10. p. 443. de Gallorum
incursionibus.*

RO M A N I ducis non inficetum
est scitum, imperatoriæ artis
esse vnius eiusdemque, gratam ami-
cis & sodalibus cœnam, & horren-

dam hostibus aciem instruere. Gallica fortitudo nondum Christiana, horrendas quoque hostibus epulas instituit. Ardiaei enim, Illyrici populus, cibarijs olim immaniter dediti, Gallis iugulum præbuere dum cœnæ commodarunt Gallicæ. Galli quidem hostilem illam intemperantiam in partes vocaturi, vitio gentis solerter usi sunt. Geniales epulas singulis in tentorijs manipulatim infrâ castra parari iubent; cibaria verò partim aspergi, macerari partim medicatis herbarum succis, quarum ea vis est quæ veneno proxima, alui profluvio, aut torminibus sœuit citra necem. Mox in hostem eductæ copiæ, primo ferè adornatâ fugâ epulas & castra destituunt. At hostis apparatu omni & castris potitus, dolendas animosè & gentili fortitudine cædendas has castrenses Gallorum copias censet. Ita primam vigiliam inter pateras exigit: at secunda cum iam immenso cruciatu singulorum præcordia vexa-

rentur; ingruere ex inopinato Galli,
vallum irrumpere, tentoria omnia
& sodalitia, & ipsa etiam principia
impunè permanere, ferro obuios
vbique conficere; inerimes hos, il-
los inutili telo succinctor, impares
vniuersos hosti gemino, externo si-
mul & domestico. Pauci denique
admodum centaureæ cladi super-
fuere: qui cniim aciem hostilis gla-
dij subterfugere, eos vis mali, mor-
bique furor prosecutus præcipites
egit in profluentem.

A V R U M

GALLO - GRÆCVM.

CAPVT III.

Galli pugnaturi aurum obiiciunt
hosti detinendo.

Anno ante Christum 193.

Freminus L. 2. C. 13.

A D E G I T ad conditiones
Attalicas Gallo - Græcorum
animos mollities Asiaticæ commo-
rationis. Galli enim qui iam olim

Asiæ minoris victores, poterant maiori Asiæ Galatiæ nomen impone-re , nisi auitum & Gallicanum ro-bur , ignauæ viciniæ mores fregi-
seat : in Attahum Pergamenorum Regem copias educturi , con-sci-en-tiam præferre visi sunt imminutæ
inter posteros majorum fortitudinis.
Quidquid auri , argenti & gazæ de-mùm preciosæ in castris erat, imbel-li multitudini traditum est ; ea spe
quæ spoliandi moram aliquam pò-llicita , præcipuam hostilis victoriæ
partem, quæ sita est in ysu victoriæ,
præriperet. Nimirum tantùm ani-mi sumpsere Galli, quantum saluta-ri fugæ consuleret damno sarcina-
rum. Vbi enim primùm ferro decer-ni cœptum est , aurum in partibus
etiam stetit ; nec minus quam fertū
præstinxit oculos Pergamenorum:
& quos animos fecit ad pugnam, à
pugna in prædā deiecit. Ut non tam
vinci ferri acie Galata videretur, quā
auro vincere hostilem victoriam.

*An veterque fugit, Pergamenus & Gallus ?
Dum Galata ferro certat, & fugam cepit !
Corruptus etenim Pergamenus est aure.*

LITANA · SILVA.

CAPUT IV.

Galli Boij semicælos arborum
truncos in Romanos impellūt, &
eorum millia viginti obruunt
ex improuiso.

Titus Liuius, Frontinus tradunt.

Anno V. c. 538.

ITALIAM meritò vel castria
dixeris vel ciuitatem aliquam
vnam; vallo illa, muro hanc alpes
muniunt. Has vbi hostis traicerit
seditiones deinde non bellum mo-
vet. Vbi succussum est alpinum ro-
bur, vbi superata sunt alpina clau-
stra, partium est inter ciues conten-
tio; nec huius modò ac proximè
præteriti seculi exemplum est, quan-
quam non infrequens, sed & he-
roicorum olim temporum. Vix
enim in liberiores Italiæ campos
aciens explicarat pœnus exercitus,

Cic. de
Prouin.
Consul.

Annibale Imperatore, cum certatim
vndique qui nominis externi terram
Italiam incolebant ad partes puni-
nicas plerique defecere: Boij præ-
cipue qui veteris Vmbriæ partem il-
lam iam dudum occupabant quæ
ad superum pertinet mare, opibus
& militari potentiâ celebres. Quos
annis antè non admodum multis
bello sæpius attritos ad aliquam fœ-
deris societatem Romani vocarant:
sed male creditur semiuetis fides, pe-
ius in pœnam fædus imponitur. Pu-
blico igitur decreto ad Cartaginen-
ses delapsi Boij vetera odia spe no-
uâ fuscitant; Quorum arma ut in-
trâ Vmbriæ suæ fines & Appeninum
cohiberet, L. Posthumius Albinus
Cispadinæ Galliæ Prætor, ac mox
tertiū Consul absens designatus,
ad Romanæ militiæ Legiones duas,
tumultuario delectu copias auxilia-
res sociorum qui ex superi maris ac-
colis in fide permanerant adiungit.
Quibus auxiliis excreuit ad vicena
quina hominum millia Romanus

exercitus : hoc conscripto milite
 in Boios ducturus Postumius audit
 à Gallis meliores omnes obsideri
 aditus , impedita verò Apennini
 montis itinera nullis teneri præsi-
 diis. Ergo circumduetas per iuga
 copias ad decliviora montis loca
 citatè promouet. Non latuit Boio-
 rum solertia hostis consilium.
 Obiecti erant ad iter necessarium,
 saltus amplissimi quâ parte cubat
 mollius in latus sinistrum Apenni-
 nus, *Litanam sylvam Galli vocabant.*
 Hanc breuiori , ut pote inter suos,
 decursu Boij occupant ; ac nullo
 alio primùm consilio quam ut insi-
 dias ex more opportuno loco collo-
 carent , & infestis cursibus hostes
 morarentur. Verum è re nata sublit
 doli mentio, exclamante periocum
 milite, quid , inquit , si succisa sylva
Piram & Busta Romanis struimus?
 accepit omen Imperator & nouæ
 fraudi frequentes admouet : iuber
 serius inferiores arborum truncos
 partim incidi , ita nimisūm ut sta-

rent immotæ arbores, impulsu faciliè affligerentur, eamque in partem incumberent qua traducendus erat per siluam Romanorum exercitus, Succisis hac arte & pronis in ruinam arboribus syluam vndique cingunt Boij quasi indagine. Dum Romanus interea doli nescius sed ut adderet inter hostes & sylvas cauto milite, & digesto ordine agmen inducit: iamque inrromissus erat uniusversus exercitus, cum derepentè Boij qui oras extremæ siluæ circumfederant vndique ex condicto priores arborum trunco impellunt, hæ pondere suo proximas depresso, illæ alias, sic aliis alias deinde inuoluentibus longè latèque propagatâ ruinâ, infinitâ strage equos militares, viros, arma, signa, iumenta castrifia, currus, sarcinas impedimenta, implicuit, oppressit, obtrivit. Tantus intra syluam ex inopinato incubuit strepitus, crepitus, tonitrus, horror, terror, fragor; ut quos sanè perpaucos è tam numeroſo exerci-

tu, vis mali non perculit, eos inertes & semianimes ad nota Gallis & obsepta diuortia casus obiecerit. Vniuersi ferro confecti, nec vlli data vincula, ne casu periisse libertas videretur. Consul ipse & vna milium modica manus in tam insano tumultu ac discriminē ad pontem quo interfluens syluam fluuius alteri parti quæ labe imminus erat iungebatur, nescio quæ trepidus euaserat: sed Boiorum præsidio interclusus maluit armatam dexteram considerere, quam manus dare; & ferro ceruices quam cathenæ. Cælus tamen est cum suis incolumi victore. Præcisum consulis caput Sarissæ affixum ad presentis triumphi pompa. Exhaustum deinde & expurgatum æterni trophæi loco in templum quod erat inter Boios augustinissimæ superstitionis & princeps vna cum imperatorio paludamento, illatum est; ex calua poculum ad libamina auro de more gentis obtinum. Cæforum numerus ex mili-

tum albo aut laterculo subducen-
dus, si decuriam exemeris, viginti
quinque millium fuit. Præda verò
pari magnitudine. Quamuis enim
partem non modicam ruina corru-
pit, curribus armis, equis elisis, ta-
men integra spolia victori seruauit,
quæ fuga solet plerumque subdu-
cere. Versus igitur à dolis & victo-
ria studiis prædæ vni victor incum-
bit; tum verò maximè deprehensa
cladis magnitudo & stragis horren-
da species, quæ vel auctores ipsos
percelleret, jacentibus inter virgul-
ta, frondes & arborum truncos eli-
forum hominum iumentorumque
tot millibus cladis certè nuncius
vbi primùm allatus est, tantam im-
pulit in animos omnium mœstia
molem ut clausis tota vrbe tabernis,
& priuatâ consternatione luctum
publicum prosequente, patrum at-
que Ædilium iussu ægrè admodum
reditum sit ad speciem aliquam ci-
uilis consortij

T. Sempronius Senatum habuit, con-

solatusque patres est adhortatus, ne qui
Cannensi ruina non succubuisserent, ad
minores calamitates animos submitterent.

Liuius de eadem clade dec. l. 3.

Esse pares animo Cannis potuere quirites;

Non licet annosis quercubus esse pares.

LITANÆ SYLVÆ

Sacrificium.

Sacra facit patrio Druidarum ex dogmate Boius,

Nempè quibus nomen quernea sylua dedit

Omnia nite facit, verso licet ordine verum

Supposita est aris victimata suis.

Sylua hæc Litana & Litania dici-
tur Liuio. *sylua erat uasta* (Litana-
nam Galli vocant) quæ exercitum
traducturus erat. Lib. 23. Eadem
æstate L. Valerius Flaccus in Gal-
lia cum Boiorum manu propter
Litaniam syluam signis collatis se-
cundo prælio conflixit. Octo millia
cæsa traduntur. lib. 34.

Innuit Liuius indicum nomen à
Gallis, Gallicum opinor. An à Syl-
uis Gallicis? An à Britannia quæ
olim syluosa admodum? Si Angen-
træo ut decet, fidem habes, constat

Vide no-
titiam
Imperij
& codi-
cem
Theodo-
si⁹ pag.
166.

ex veterum monumentis & Angli-
cis, & Britannicis, Britanniam Gal-
licam diuisam olim fuisse, in pri-
mam & secundam Letaniam. Et
membranæ Reges nominant utrius-
que Letaniæ, quod hodie dicitur, *de*
la haute & basse Bretagne, vel
Letaniarum. Incolæ quidem *Leti*
dicti etiam Zozimo, qui Magnen-
tium Tyrannum apud *Latos* natum
fuisse in Gallia patre Britanno,
tradit.

Hæc porrò sylua partem Apen-
nini inuoluit, quem montem intel-
lige apud Zonaram, dum de hac
ipſa clade, ait, Porſtumium Albi-
num cæſum cum omni exercitu à
Boijs cum iter haberet per syluo-
sum montem *άρχεις ολωμας πορευό-
μενον.*

Vide Busta Gallica Syntagmate
secundo, quæ iuxta Litanam syluam
statuimus, vnde intelligas in narra-
tione ipsa, non immerito faſtam
esse mentionem Bustorum.

CONCIDES FRANCIAE

CAPVT V.

Franci adhuc transrhennani Romanos cædunt intra sylvas viam & exitum truncis & frondibus arborum implicantes.

Gregorius Turonensis l. 20. c. 90:

Quo dolo ad Litanam syl-
lam vsi Boij Romanos concidere, eo Franci adhuc transrhennani sexto ferè post sæculo in eosdem
vsi sunt; non absimile genus militiæ Francos inter & Gallos natura
iam olim prouidente. Italicam cladem Liuius, Ultrathenanam tradit
Seuerus Sulpitius apud Gregorium
Turonensem, his verbis.

Eo tempore (quo Maximus in-
tra Aquileiam amissâ omnispe Imperij
residebat) Genobaldo, Mar-
comere & Surone Ducibus Franci
in Germaniam prorupere, ac pluri-

bus mortalium , limite interrupto,
cæsis fertiles maximè pagos depo-
pulati, Agrippinensi etiam Colonia
metum incussere ; quod ybi Treue-
ros perlatum est Nannius & Quin-
tinus militares magistri quibus in-
fantiam filij & deffensionem Gal-
liarum Maximus commiserat , col-
lecto exercitu apud Agrippinam
conuenere. Sed onusti præda hostes
Prouinciarum opima depopulati,
Rhenum transiere, pluribus suorum
in Romano relictis solo , ad repe-
tendam depopulationem paratis,
cum quibus congressus Romanis
accomodus fuit , multis Francorum
apud Carbonariam ferro peremp-
tis , cumque consultaretur de suc-
cessu an in Franciam transfire debe-
rent , Nannius abnuit quia non
imparatos & in locis suis haud du-
biè fortiores futuros sciebat , quod
cum Quintino & reliquis viris mili-
taribus displicuisse , Nannino Mo-
gontiacum reuerso , Quintinus cum
exercitu circa Ninisium castelluni

Rhenum transgressus secundis à flu-
vio castris casas habitatoribus va-
cuas atque ingentes vicos destitutos
offendit. Franci enim simulato me-
tu se in remotiores saltus recepe-
rant, concidibus per extrema sylua-
rum procuratis. Itaque vniuersis
domibus exustis in quas stoliditas
ignauæ victoriae consummationem
reponebat noctem sollicitam sub
armorum onere milites duxerant,
ac primo diluculo Quintino prælij.
Duce ingressi saltus in medium ferè
diem implicantes se erroribus via-
rum, toto peruagati sunt. Tandem
cum ingentibus septis omnia à soli-
do clausa offendissent, in palustres
campos qui syluis iungebantur, pro-
rupere. Molientibus, hostium rari
apparuere qui coniunctis arborum
truncis vel concidibus superstantes ve-
lut è fastigiis turrium sagittas tor-
mentorum ritu effudere, inlitas
herbarum venenis ut summæ cutis
neque lethalibus inflictæ locis vul-
nera haud dubiæ mortes sequerent.

tur. Dehinc maiori multitudine hostium circumfusus exercitus in aperta camporum quæ libera Franci reliquerant, audie effusus est, ac primi equites voraginibus immersi, permixtis hominum iumentorumque corporibus ruina iuicem suorum oppressi sunt, pedites etiam quos nulla onera equorum calcauerant implicati limo, ægrè explicabat gressum rursus se qui paulò ante vix emergerat syluis trepidantes oculabant. Perturbatis ergo ordinibus cæsæ legionis, Heraclio Iouianorum Tribuno ac penè omnibus qui militibus præerant extintis; paucis effugium tutum nox & latibula syluarum præstitere. Hæc in tertio historiæ libro narrant.

CHIOMARA CAPTIVA.

CAPVT VI.

Vim fibi illatam atri vi, & ferri acie
vindicat Gallo - Græca
mulier.

*Ex Polybio, Plutareho, Valerio
& aliis.*

ALTERVM iam fermè Sæculum insederant Galli vires partem illam Asiarum, quam à se Galatiam, à se deuictisque gentibus dixerunt Gallo-græciam, erant hi è posteris illorum qui iuniore Brenno Duce transfiniserant. Hinc fatis ampla visa est odij & belli causa. Cneio Confuli antiocheno bello confecto, ut in Galatas duceret & Romanus & Manlius, qui à priorre illo capitolino cognomen & originem traheret. Aliam tamen speciem arma in Gallos mouendi sine

Polyeni Gallici,
odio Galici nominis siue triumphi
cupiditati obtendit; auxilia nimi-
gium à Galatis Antiochii transmissa.
Quam causam improbavit Sena-
tus, victoriam tamen lucri fecit; cum
negato triumpho Imperium in Gal-
lograciam retinuit, quam æquo in
Manlium, tam in Gallos iniquo iu-
dicio. Igitur cum Manlius Vestriceia
arma circumferens infestis signis
Gallo-græciæ immineret, Tectosages,
Megana, Olympum Trocmi
& Tolistobogij montes & prærup-
tas rupes occupauere. Eo belli vim
omnem & impetum conferendum
ratus Olympum obsedit Manlius,
& poterat debellatis Gallis Olym-
picus dici, nisi armorum iniquitas
maior quam loci, etiam Auitum
Capitolini nomen fœdasset; causæ
certè communis iniquitatem tur-
piorem fecit commilitonum impu-
dentia. Deletis olim ad Olympum
Galatarum copiis spoliorum ma-
gnitudinem auxit ingens captiuo-
rum numerus; quo è numero Chio-

mara Orgiagontis reguli uxor præcipuæ formæ mulier, & regiæ vel ore ipso dignitatis, obuenit in prædæ partem à diribente Imperatore, ductorum yni cuius nomen ne proderet cum fama posteris innudit historia ut scires romani noiminis non priuatim fuisse dedecus mollitiem Asiaticæ militiae. Is cum essent ad Ancyram Galatiæ statuua quò tertiiis castris properè Romanus ab Olympo peruererat exercitus inter illas belli moras in Tectosages ineundi, prædo nefarius insultare cœpit captiuo pudori, & regiæ matronæ omni ope reluctantí per vim stuprum obtulit, cuius iniuriæ acerbitatem ut molliret Centurio, breui potestatem ad suos remeandi facturum se pollicitus, spem mulieri concitauit neciens non tam redditus capessendi quam iniuriæ reponendæ. Quâspe illecta Chiomara sui penè oblita suorum visa meminisse, amantis oculis illusit, fecitque insano amatori animos libertatem

addicendi pretio aureorum sexcentorum, recepit Chiomara profusè eam se pecuniaꝝ summam per suos breui representaturam, Et commodum non longius decimo milliari locum castris ceperant Teclotages.

Illò seruum è suis vnum eiusdem fortè custodia cum litteris destinat ad maritum Orgiagontem clam omnibus, uno concio & auctore Centurione, intendentibus se se iam nocturnis tenebris ; nocte deinde proximè insequente vti conuenerat ad præstitutum locum captiuam educit extra custodiā sector imprudens, & cum anxiè & curiosè allatum à seruo dubium ad lucem exploraret aurum, expenderetque ad trutinam; præsentis animi mulier & consilij patriâ linguâ & Gallicâ fortitudine seruum iubet stricto ferro librantis iugulum occupare. Quo cæso sparsasque in solum pecunias & libram colligente famulo, inuolat in corruentis gladium Chiomara & iacentem obtruncat. Ita ferè

Romanis styli Principes, paulò aliter
Graiis monumentis hoc facinus
confignatum est; tradunt enim verò
non ad trutinam sed ad mulieris si-
num, vt decuit violatæ pudicitiæ
pœnas pependisse. Centurio aiunt
excepto in loculos auri pretio læta-
bundus & præsentis formæ specta-
culo, quo esset in posterum caren-
dum commotus, ad blandiri etiam
mollius amantium moribus, proli-
xè vale dicere. Illa item præter con-
suetudinem humanius hominem
excipere, nec ab osculo quidem
præter solitam ante morositatem
prohibere. Hic amore saucius nebu-
lo, amorem etiam interpretatus si-
nistræ benevolentia faudulenta si-
gna, incurtere in amplexus nec ab-
nuenti, incusare tacitus auaritiæ sor-
des; Palam profiteri obnoxium se
& in æternum memorem fore; sibi
cordi esse vnius Chicmaræ memo-
riam; sibi se penè de R. nomine
succensere Gallicani cupidum; hæc
& alia id genus amatoriæ Balbu-

tientem arctius complexa Chionomara seruulo quem ad hoc facinus adornauerat oculis & familiari nimirum inter Galatas sermone innuit , vt reducto ab se tantisper capite complectentis ceruices frangere; quibus fractis reiecto illo ab sese truncō,ensem baltheumq; detrahit , & caput in togæ sinum implicans, nodo reuinctum in dorsum vñacum Baltheo rejicit; eoque habitu in serui humeros insilit ; cuius opera in alteram præterfluentis riui oram vado transmissa , castrisque suorum redditā , ubi primū in Orgiagontis ingressa tentorium est abiecit ad stupentis pedes , ensem, trutinani , aurum , caput : roganti Regi cuius hæc essent spolia , vindictam inquit impudicitiae debitam Orgiagoni occupauit in prædonem Chionomare.

ETHOPE IA C HIOMARÆ
antequam ad Orgiagontem
icribaret.

CHIOMARA viuis! & grauis vita moras
Tibi superstes & pudoris astines!
Inulta! sceleri te, vel authorem tibi
Superesse vite, iam tuum fiet scelus:
Et esse cœpit, potior ut primis male
Visa est, videri vita, quam ratio vicia
Vivendi, honestas! passa rim, vitam excute:
In honesta viuis regi, consors thori.

Vel preda pereat ipsa, vel predo impudens
Vel simili terque: pereat altera ut insimul
Pereat & alter. Gratus est ire modus.
Peribo: sed peribis, infamis lupe
Proles Quirina. Tela date vel toxicæ
Turba famularis. Martis o sortes graues!]
Captiuia famulos queris! hem famulos habes
A pedibus, atque a manibus, illis utere
Ferri ministris, quod ferunt gemine manus
Pedesque gemini. Sic erit manicas dabunt
Dabunt catiste, vindices iras, dabunt.

Vtinam per ipsa ponè adactus viscera
Extare mucro posset, & de pectore
Anterioris ipso, Romuli in peccatis sacras
Deferre penas, tum sibi te ultro in sinum
Chiomara rogitet hos ad amplexus lubens.

ORGIA GO, vite quidquid est sceleri super,
Scelus vocanti dum scelus pœna insecuror,
Concede partem sceleris appello meam
Impurè quidquid tuulet immanis latro.

IN MANLIVM

Expostulatio Gallo-græciæ.
nomine.

NEPOS Diones, impudens! lupe fœda
Soboles nefanda! sic Quirinus ad densam
Uterque perreptauit Albula ripam,
Iturus ē lustro in thronum, nepotesque
Veneri daturus, & thronum luponari.

Hos Roma pares naſta posteros patrum
Simillimos amas. Redibis in primas
Dea Roma cunas. Ecquid adlubet nōſſe
Oris paterni imaginem atque materni
Ora cacularem cerne Manlianorum.
Impura plebs fece de Quirinali
Fex digna venere, digna ſus ſuā Trojā
Rheave matre, quæ recentius crimen
Dispulit in auras, improbantibus Diuis
Vestesacerdos impiata ſacrate
In martis, aua ſifferre vernulas nomen.
Ut fronde, ut oculis, ut labris parentare
Satagit, ut agitat histrioniam totus
Lenocinantis impudentie vultus.

Torquate Mānli torque digne majorum
Sed quem ſub antris litterata plebs geſtat,
T. & p. ius esto rupe cum ſacra præceps
Ut Atavus alias ambies nouum nomen
Nomen pudori debitum & tue ſronti.

CHIOMARA CAPTIVA, Orgiagonti marito.

Casta licet dicat tua, sunt mihi vincula, scis?
Libera mens solas impediisse manus
Quia antiqua thori que me tibi sedera nelli
Arctius astricta iam coiere fide.
Qualis ab hibernis concussa aquilonibus arbor
Altius amplexus stringere nouit humum.
Talis ad hostiles raxor captiva maniplos
Excipere immistas nominare minas.
Sepè mihi male nupta hostis per verba minatus.
Nescio quid stricto perfidus ense parat
Sepè pharetrati iaculum deponit amoris,
Sic hostis furor est, alter & alter amor.
Sepè mihi vixit solito truculentius, inquit,
Hos manet eternum certa catasti pedes.
Nec captiva capi nec vinci, vitta tulisti
Romulidum iniuctas experiere manus.
Hic ego: perpetuum quod nexens improbe ferrum,
Nesco maritalis vincula sacrathori
Audit & auerso conuertit spicula vultu
Omne leue est odium, quod parit, inquit, amor.
Me ristore tua concedit laurea myro
Marsque cupidineo rictus ab ense cadit.
Tum mihi nescio quem male cognita nomina fingit
Sol, Aurora, animus, cor, dea, vita vocor.
Nomen, ait, melius superst de millibus vnum
Nempè Quirinalis quod dare teda solet.
Thura maritales redolent & balsama teda
Romuleos intrat cum noua mysta lares.
Hic tibi de piceo nigrum face vnguine sudat
Insternit quoties barbara Iuno thoras.

Quid iuvat Argus à caput implicuisse mitellā
 Itala cui melius flammea ferre licet.
 Gallica barbarico permiscens Gausapa cultu
 Negligis Ausoniam non bene sāna togam
 Impius his capo solet insultare pudori,
 Verba intra tamen est liber & arma pudor.
 Quin mihi compedibus nuper manicisque solutis
 Libera in amplexus sic, ait, esto nouos.
 Mitius in gladios me iussoris ire paratos.
 In uolo, & infestis vnguibus ora noto.
 Ille reluit amī cum surpuit oscula, reddi
 Ilicet à tota vincla cohorte iubet.
 Reddor ego vincis, astisque cadente furoris
 Pristina iam noto vincula rore madent.
 Tum meus Orgiagon vincla inter & arma recurrit,
 Una ferit sensus huius imago meos.
 Irrita spes tamen est, quacunque resulget ab armis
 Aggrediar, limen mollius hostis habet.
 Sib ne Romulidas atque Itala pectora noui
 Duplex Ausonia regnat in urbe Deus.
 Auri tangit amor, venerisque, luceque nepotes
 Altera sacra sibi, vindicat alter amor.
 Hic minor est licet eterno tamen ardeat igne
 Debet apud natos matris ut ara suos.
 Altera maiores voluens ad sidera flammas
 Latrones geminos arguit ara patres.
 Cum charæ facies reditu pro coningis, manu
 Hanc cumula donis rite, litare licet.
 Non aliud quam qui tibi nunciat ista ministruum
 Quere sacris: iusto pondere dona feret.
 Sim meus Orgiagon quæ poscunt sacra negabis
 Tela ille, aut laqueos, aut aconita feret.

STRIGOSVS CÆSAR.

CAPVT VII.

Vercingentorix ut suis animos faceret
captiuos Romanos strigosos &
macie deformes obiecit.

IN SIMVLATVS proditionis
Vercingentorix, quod Gallicæ
militiae Præfектus publica Arma
molliùs, quam deceret Gallos, in
Cæsarem Auaricum Biturigum ob-
sidentem, moueret; Romanam fi-
dem suæ fidei mirâ arte obsidem fe-
cit. Statuerat solertissimus Impe-
rator iam toties victorem hostem
interclusis commeatibus, & vastatis
circum regionibus, locorum, & an-
nonæ difficultatibus atterere: & iam
successerat ex parte consilium, re-
rum, & cibariorum inopiâ grauiter
laborantibus Cæsarianis. Cum ipse
simul ut perfidiæ suspicionem amo-
liretur, simul ut animos populato-

*Verba
Cæsaris.*

ribus faceret ad insolitum quidem,
& diuturnum, sed salubre idem, &
necessarium belli genus, famam
hostilium incommodorum ita apud
suos amplificauit. *Produxit* (in mi-
litare consilium) seruos, quos in
pabulatione paucis ante diebus ex-
ceperat, & fame, vinculisque ex-
cruciauerat. Ij iam ante edoceti, quæ
interrogati pronunciarent, milites
se esse Legionarios dicunt; fame, &
inopiam adductos clam ex castris
exiisse, si quid frumenti, aut pecoris
in agris reperiire possent. Simili om-
inem exercitum inopiam premit, nec
iam vires sufficere cuiusquam, nec
ferre operis laborem posse: itaque
statuisse Imperarorem si nihil in
oppidi oppugnatione profecisset,
triduo exercitum deducere. Hæc à
me, inquit, Vercingentorix, bene-
ficia habetis, quem proditionis in-
simulatis, cuius operâ sine vestro
sanguine, tantum exercitum fame
penè consumptum videtis: quem
turpiter se ex fuga recipientem, ne

qua Ciuitas suis finibus recipiat, à me prouisum est. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat: quod facere in eo consuerunt, cuius orationem approbant: summum esse Verecingtonem ducem, nec de eius fide dubitandum, nec maiori ratione bellum administrari posse.

Excripsi Cæsar's ipsius verba, ut vel semel esse desinerem obnoxius Tulliano conuicio. Hic calamistris in strigoso captiuo describendo usus non fuit. *Has ob res ut solaretur anxios milites Princeps, captiuos graciles suapte naturâ, ut omnes sunt Persæ, & macie iam confectos in medium duci; nostrosque recipiens. En, inquit, quos martia ista pectora viros existimant, deformes illuie capellas, & tetas, utque crebri docuerunt, cenuerunt, antequam manus conferant, abiectis armis vertentes semet in fugam.*

Ammianus l. 24. p. 303. de Julianu ad Ctesiphontem.

VVINOMADVS FIDE LIS

CAPVT VIII.

Expulso Childerico Ægidium R,
substitui curat Vvinomadus; cui.
tandem acerbitate consiliorum
odium commune conflat , vt
Childerici desiderium concitet.

*A Anno Chr. 459. ex Gregorio.
Turon. & aliis.*

EVECTA in thronum impu-
dicitia modum non seruat ,
quia modum vix nouit etiam priua-
ta. Regiam auctoritatem naœta ef-
frænem putat , & capto Rege latè
dominatur in subditos. Hoc iure vſa
in Chilpericum viætrix libido, prin-
cipis potestatem impotentiam fe-
cit : quippe quem in alienos tha-
lamos , & sacros virginum thoros
effusis habenis grassantem , postre-
mâ nequitiâ , per adulteria & stupra
circumtulit. Nec à liberis quidem,

nobilibusque corporibus abstinuit. Plebeiorum querelis par esse poterat regium fastigium, impar fuit infamia magnatum & iracundiæ. Inde publica exarsit in Chiladericum inuidia, Principum odio plebis audaciam incendente. Iamque videbatur nihil modicum parare sedatio, sed dignitati, sed vitæ Regis vim illatura; nisi Vvinomadi consiliis periculosam quidem sed necessariam latebrarum aleam apud Basinum Turingiæ Regem quæsiuisset Chilpericus. Erat Vvinomado acre & solers ingenium, fides & amor in Regem singularis. Auctor est ergo maturæ fugæ, quæ furentem generosorum hominum impetum primò eludat, emolliat deinde. Sic enim euenire plerumque ut quos præsentes oderi, absentes requiras. Daturum se interim operam sanctè pollicetur, ut ne Regi fraudi sit absentia: omnes rei gerendæ articulos occupaturum. Tum dilecto bifariam aureo nummo, partem alte-

Polyæni Gallici;
ram seponit sibi , alreram Childerico in manus tradit. En, inquit, fidei pignus, tum demum redditum accelerata , cum alteram hanc à me bona fide acceperis. Hic Chidericus inter amplexus & oscula illacrymatus. Regis , inquit, oblitus Vvinomade, Chidericum ama; tuus dum sim Regem non depono , est enim, vel regno quolibet longè charior tua hæc & benevolentia & fides. Vvinomadus contrà Craterum me & Ephestionem sentiet & Rex & Chidericus. His ita de re communi collatis , alterum exegit in Turingios metus , alterum in regia morata spes est: in altero fortunæ lusum ; fidei constantiam in altero mirabere. Vvinomadus enim quam fidem Principi dedisset , in rem eiusdem utiliter apud subditos collocari posse ratus ; eam coniuratis, ac rebellibus commodauit , non tradidit. Nam ubi primùm pectreuit de fuga Chiderici rumor: conuersa illico ab vindicta ad spem re-

rum nouarum , atque ad ambitum curâ , de Rege inaugurando certari cœpit lite difficiili Gallos inter & Francos primores ; donec summâ ope connitate Vvinomado ne quis alterutra de gente deligeretur , externus homo in Regem assump-
tus est , Ægidius Romanus Patritius Belgicæ Præfectus Imperatoris no-
mine ; quòd nondum accisæ peni-
tùs essent in Gallia Romanæ res .
Ita quod diadematæ caput nouo
Regi colligauit , eodem sibi arctissi-
mè benevolentiam eius deuinxit
Vvinomadus . Et erat sanè non vul-
gare pretium amoris , regnum .
Huic igitur vni permissa rerum ,
consiliorumque summa , ab eo sci-
licet qui clientelarium penè se Re-
gem agnosceret . Qua quidem be-
nevolentiae significatione feliciter
vsus in rem Childerici exulis Vvi-
nomadus vafro consilio Ægidium
circumuenit . Eam enim in mentem
induxit , quæ tyrannidis initium &
exitium parat Nascentis regni vires

Polyæni Gallici,
exhausto subditorum sanguine
exaggerandas esse; sanguinem por-
rò diuitias videri, quæ si affluant ge-
stire subditos, atque insolescere; si
Principis in ærarium eruentur, fa-
cile tractari macilentum imperij
corpus à vegeto Principe. Itaque
singulos in dies nouis sub inde no-
minibus vectigalia imperare cœ-
pit; donec elapsis iam aliquot annis
tumultuantem plebem, armata ma-
nu & vi compescere coactus; do-
cuit aurum è visceribus terræ erui
ferro solitum, eodem etiam è pri-
uatorum scriniis in fiscum extrahi
posse. **Caro** tamen stetit hoc docu-
mentum: publico nimirum odio,
& pristinæ dominationis desiderio.
Neque verò hæsit intra fines agro-
rum incendium, sed ab agresti ple-
be urbanam inuasit, certante utro-
bique cum importuna tyrannide
plebeiorum tædio. Quod quan-
quam destinatos ad inuidiæ con-
temptum animos, leuiter admo-
dum percellere solet, tamen ut op-

portunum est magnatum ac potentiorum coniurationibus; ita est & delatorum suspicionibus accommodatum. Quare ut plebeis inuisum Regem, nobilium quoque odio Vvinomadus obiiceret, infensissimos quosque Childerico principes viros insimulat apud Regem: horum viribus & consiliis nixam plebem vectigalium obtentu, ac specie, tumultuari contendit. Hinc à plebe saeuitum in nobiles; ac tanta quidem immanitate, ut breui mira secuta sit in Chidericum vtriusque ordinis inclinatio, ab alienatis à Tyranno Francorum, Gallorumque animis. Quibus ita in exulem affectis, operosum non fuit redditum Childerici decernere. Mittit curriculo Vvinomadus qui regni statum, rerumque Childerico nuntiaturus, aurei partem alteram deferat, afferatque quam aptè pars in numimum unum conueniat utraque tam composite in Regis legitimi amorem suos congruere. Egerat apud Turingios an-

Aimoin
l. i. c. 7.

num iam octauum Childericus
exul; cum suis redditus æmulum
tyranum pristinam in sedem, &
Suessonum præfecturam postlimi-
nio compulit. Ipse verò regiis om-
nibus imposterum virtutibus illu-
stris, probauit abundè Regum op-
timum tyrocinium, vitam priuatam
esse.

DIMIDIATO NUMMO bonus Rex emitur.


*Ille pudicitie quondam venator & hostis
Flemma maritalis, virgineique thori.*

*Tropus sum generis, Franceque infamia gentis,
Discit, ab exilio regna parare suo.*

*Dimidio petuit venire numismate Princeps,
Qualem dimicis non emat aula suis.*

Ecquid erat parui venalis in exile virtus !

Grande quidem pretium est nimius, in exilio,



FREDEGVNDIS.

CAPUT IX.

Filium nouennem per castra
circumferens suis animos
facit, & hosti inuidiam
confiat.

Ex Gregorio Turon. &c. aliis.

AGEBAT VR annus sæculi
sexti nonagesimus septimus,
cum saq; functus est Princeps op-
timus Guntramnus Aurelianensem
Rex, nepote Chereberto Austrasio-
rum Rege in filium & successorem
adoptato. Inter viuos dum egit sa-
pientissimus Rex nepotem alterum
impuberem Clotarium protexit
hæreditario in regno, alterum æta-
tis ardore in aliena effervescente in
continuitate mirificâ prudentiâ inter
officij & regniterminos; huius ado-
ptione, illius tutela, patrocinio
utriusque; utriusque pater verus,

quàm patruus. Nam cum trifatiam importuna ac penè funesta sæculi consuetudo Francicum Imperium distraxisset, in Suessionense, Aurelianense & Austrasianum: sublatus per infandum parricidium Suessionium Rex Chilpericus quadrimestrem Clotarium filium obiecit furori ambitiosi fratreuolis Childeberti Austrasiæ Regis. Is quò tu- tiùs & honestius grassaretur, vltò sibi tutoris nomen imposuit, & erat armis breui dignitate in nominis tu- taturus, nisi patruus vtriusque Gun- tramus, cupidum alieni adolescen- tem de suo ipse satiasset, & in spem regni sui solemnis adoptionis titulo vocasset, quod prole mascula care- ret: susceptra Clotarij tutela. Ita docuit optimus princeps nullo periculo ambitionem fœnerare. Verùm immatura Guntramni mors augæcum patruis opibus Childeber- ti cupiditatem, veteratoria iterum tutelæ specie in Clotarij pueritiam incubantis. Quasitus & nouus co-

lor, Fredegundis matris impietas,
quæ famæ non tantum aduersæ sed
& pudendæ rea, non videbatur ido-
neo nomine tutelam administrare
posse. Hoc igitur publico pietatis
obtentu ad arma conuolat, ignarus
vitiis virtutes sacramento non dice-
re, nec ambitioni velificari pieta-
tem. Delectus habet utroque ex
regno Burgundico & Austrasiano
numerofissimos, augente etiam nu-
merum celeritate. Quippe Frede-
gundis & mulier & pueruli regis
mater & quod erat bellicæ rei non
leue incommodum suis plerisque
omnibus inuisa, non nisi serò ma-
num militum aliquam furentium
hostium copiis obiicere potuit, ipso
penè in regni meditullio. Iam enim
magnam regni partem populatus
erat hostilis exercitus, & regiæ ipsi
iam imminebat infestus. Intellexit
Fredegundis tutelam sui, in filij tu-
tela collocatam esse; & quantum
accederet suis erga Clotarium reue-
rentiæ, tantum decessurum hostibus

fiduciæ, ac virium. Quare ut ammos suorum confirmaret, infringet hostiles, Clotarium quem iam ante in Regem inauguratum, per præcipuas regni ciuitates circumulerat; ad exercitum properè adduxit, & Francorum aucto more in clypeum sublatum per castra sollicitè ostentauit, festiuo tubarum tympanorumque fremitu; & adornatis qui ordines militares ad plausum concitarent, gladiorum scutorumq; solemni attritu. Quorum alacritatem ut liberiore etiam pueri spectaculo aferet, in comparatum sugestum Clotarium secum intulit, concessionem militarem virilis mulier initura. Ac primùm quidem circumductis molliter in circumstantes oculis, filium exosculata antias in verticem subduxit, & exorrectæ frontis maiestatem, & regium oris totius decus stupenti militi exhibuit. Erat omnino Clotarius regia specie conspicuus adolescentulus, natus tum annos fermè nouem. Fluctuabat

in humeros gentilitio Francorum
Principum insigni, prolixa ex auro
flavescens coma, cutis vegetus, non
femineus color, vibrantes oculi,
grandiores & subnigri; roscus genera-
rum & labellorum vigor, explicata
frons, vultus denique totus ad
splendorem compositus, succo ma-
gis quam lacte candidus virilem
speciem aucto fastigio dignissimam
prædicabant.

Sensit enimverò Fredegundis
mater incendi suorum ad amorem
animos, nec deesse matri arma pos-
se cum præsentia fulmina cuderet
filij pulchritudo.

*Quāquam famineas natura remouit ab armis
Cauta manus, gladiisque loco dat prouida fuso,
Non tamen arma negat, gremio si filius infans
Laserit hinc oculi, frons hinc, hinc labra genaq;
Hic lacrymae & gemis & qui mouet halitus ora
Bella carent: pugnat quot telis unica mater.*

Ergo dum calent animi oppor-
tunè armis vtendum rata Fredegun-
dis, uno in obtutu defixa concione.

Hem (inquit intenta in militiam
dextera) hem fili ubi tutò defigas
Francicæ maiestatis nomen. Auo-

Oratio
Frede-
gūdis ad
milites.

rum tuorum nemo unus vno te ius-
tius Francorum Rex appellatus est.
Vastati sunt ab hoste agri, captæ ar-
ees, deletæ civitates : regni tamen
fedes integra est, cum tot regnanda
Francorum pectora inuitus hostis
reliquit. Hi tutores ætatis tuæ, hi
Francicæ dignitatis assertores (hic
pupillum suauitata) sic est, Prin-
cipes, Ducesque generosissimi in-
uictique milites, sic est omnino.
Nullum reliquit fatis tutum puerilis
vitæ Regi vestro asylum, hostis im-
manitas, præter vos vnos. Vestram
ille tutelam ambit, fidem obtestat-
tur, arma implorat, patrocinium
exposcit ; in barbaram illam hostis
crudelissimi feritatem : qui iam tot
annos, vestras opes, fortunas & di-
gnitatem euersurus, orbitati nostræ
infidiatur, sanguinis immemor, pa-
truorum oblitus, Francici nominis
proditor. Quid tantum sceleris in
fratrealem designauit tenella ætas,
tam obnoxia iniuriæ, quam impar
vindictæ ! Quod nempè facinus ad-

miserat Clotarius cum quadrimen-
struus olim puer, prioribus in cunis
patre demortuo cerberum passurus
erat, nō patruus regni spem tanquam
offam inhiantis faucibus obiecisset:
quod Childerici sanguis, quod re-
gni hæres, quod vnicus magni Clo-
tarij surculus, quod regno innatus,
insanam tyrannidis cupiditatem
nascendi forte mulctabat. Adoles-
cit etiam in dies scelus illud Clo-
tarij vestri, quod præclara illa ad om-
nes regiæ dignitatis numeros indole-
les magis magisque quotidie eluces-
cit. Adultæ lucis splendorem timet
inuidia, quam vel exorientem susti-
nere non potest. Agnoscit in Clo-
tario puero, virum Clotarium.
Hunc ne vindicem sentiat illi insi-
dias struit. Videt inter tot nobilita-
tis inuidæ ordines auti sanguinis
succrescentem spem, suis debitas
sceleribus pœnas accersere. Vos eius
pueritiam tutamini, cuius virilis ætas
assertorem datura est Francico no-
mami. Vestris ille vincat auspiciis,

46 *Polyæni Gallici* ;
cuius auspicata indeoles victoriam
orbi pollicetur , vobis remunerato-
rem munificentissimum. Ite agite
milites , Duceisque generosissimi,
vincat improbos pietas , sacrilegos
sanctitas, perfidos fides , patria bar-
baros , religio desertores. Neque
verò pertimescendus ille vobis est
hostilium victimarum numerus:
Burgundica lues , Transrhennana
barbaries noui regni fides incerta,
cladem sibi , vobis victoriam non
incertam parant. Neque tam est
exiguus vestrorum militum nume-
rus , vt vincere non possit; neque
tam innumerus , vt singulis victori-
bus præmia numerari non possint
& hostium spoliis , & regni totius
opibus. Vincite, vincite, & quorum
orbitatem tantâ fide , & fortitudi-
ne defenditis ab ijs scilicet, quæ de-
bentur Regum tutoribus præmia
victoriæ iure vestro reposcite.

Hæc vbi profata est Fredegundis
aciem instrui , educique iubet; &
ordines circum ipsa oberrans , cen-

curionibus ac gregariis etiam militibus præsentem obtrudebat filium, huius pueritiam, matris solitudinem, regni vastitatem obiiciebat. Tantus porrò secutus est animorum motus, ut quæ duo videbantur maximè cladem regno allatura, pueri Regis imbecillitas, infirmitas matris, ex præsentissimam attulerint vicoriam, commiseratione fortitudinem excitante.

Ita nulla re magis valuit exercitus quam quod à fœmina, quod à puero duceretur.



LANDERICVS.

CAPVT X.

Dubiâ luce hostes aggressurus ad
sylvas castra metatos prælatis
frondibus decipit.

Eodem anno & iisdem auctoribus.

Q V A M Q V A M amor & ira-
cundia , pueri spectaculo &
matris oratione , militibus animos
fecerant ad plenissimam pietatis
vindictam : alterum tamen supere-
rat quod in re bellica solet esse gra-
uissimum ; gestientes victoris ani-
mos terticulamentis ex inopinato
dejccere. Commodùm igitur ex
concione cuneos obeuntem Regi-
nain exceperant præmissi à Lande-
rico (quem filii regnique copiis
cum imperio præfecerat Fredegun-
dis) speculatores à castris Austra-
siorum reduces , qui nuntiarent ho-
stes quarto ferè milliari proximos ad
saltus,

faltus, tentoria non castra , posuisse
verius quam esse metatos : quippe
rerum, armorumque securos , nullo
vallo , nullo aggere , nullis vigiliis;
socardia, ut plerumque solet esse vi-
ctoria desedisse. Opportuna visa est
infidiis saltus vicinia. Eò properè
ducendum censet , & inaudito ha-
ctenus prælij genere vtendum , siue
princeps auctor sponte sua Lande-
ricus , siue Fredegundis astu, ut ve-
terum historicorum non nullis pla-
cet. Mulier enim quæ pacis fœde-
risque tempore quam feliciter, tam
fraudulenter ferro erat vfa ; explo-
rare tum demum voluit ecquid for-
tunatè militares fraudes iusto bello
adhibere posset. Sylua erat non con-
densa admodum & implicata , sed
penè cædua vbiique & pascua : illuc
admiserant castris iumenta ple-
raque omnia, molis de collo suspen-
sis ne longius aberrarent, Austrasia-
ni. Eandem speciem temerè pas-
centium equorum præbiturus Lan-
dericus molarum numerum ingen-

tem proximis ex oppidis cogit, peditesque adornat qui permixti equitibus strepitum ederent; & magno quadratoue agmine procedentium turmarum sonos confunderent. Hac specie pabulantium iumentorum impunè licuit Landerico, delecto paucorum equitum numero saltus oram legere, & hostium castra proprijs accedere, ac speculari. Canones dixisse, ac lixas qui iumenta de more agerent ad pascua, aut reuocarent. Deprehendit Landericus neglectis vigiliis, ac stationibus, passim inermes & somnolentos gregariorum militum sine praefectis iacere globos; ordinum ductores intrà tentoria hesterno labore, aut cibo graues. Hinc proximam scilicet stragem interpretari Landericus cœpit, tot iam stratis hostibus, curiculò igitur ad suos reuersus prope rato nuntiat opus esse, victos iam penè hostes arma & corpora humiliabiecisse, cædem futuram non pugnam. Francicas secures exerci ocyūs,

& prius in frondes experiri mandat.
Tum præit ipse & ramum defringit,
cæteris ducis exemplum insecuris.
Ludus esse merus videbatur, non
pugnæ tam cruentæ prolusio. Iam-
que procedebant in postremam vi-
giliam nocturnæ tenebræ, cum an-
tesignanos iubet sublatis manu ra-
mis, aut ad sarissas, lanceasque
subnexis, ternos quaternosve in fron-
tem extra syluam circum hostilia
castra procedere laxatis oblongiori
forma ordinibus: addit etiam non-
nullis in manus priore instituto tin-
tinnabula; tum mandat prægressæ
ad quingentos circiter paſſus mobi-
lis huius syluae latus exterius tegere
copiarum reliquas, & quadrato ag-
mine prælii signa præstolari. Tanta
porrò vacordia castra hostium te-
nebantur, ut ne tum quidem cum
staret in procinctu acies, tot armo-
rum strepitus auditus sit. Præsense-
rat tamen unus aliquis è priori cu-
stodia male vigil non nihil dolit
nam cum forte somno solutus ma-

*Emo-
nius. I. §.
c. . § 2.*

ligna adhuc luce eam in partem
oculos intendisset curiosius; ecqua
(inquit ad sodalem conuersus) ob-
iecta nobis est sylua? longius à saltu
hesterna luce, ni probè fallor, castris
locum ceperamus. Tum socius,
edormi, quæso, hesternam crapulam
ipſissima sylua est, cuius ad oram
metati sumus, quo èſſet iumentis
commodior pabulatio compascuo
in loco; audin, eorum tintinnabu-
la? Assensus socius, aut somnise,
aut vini damnauit. Dignus vterque
qui thyrso Bacchi, non querne
Landerici ramo periret.

Viderat ex una geminas ardere lucernas

Ebrius, hinc geminâ de face, sylua subit.

Vtraque lucet adhuc & eodem lumine, rerum

Illa tegit, fistum censeret ista nemus.

Hos illis inter se socordi vigilia
sermones miscentibus; cædis co-
piam fecit Landericus. Ecce illicò
inhorrescit in ferream aciem, fron-
dens illa seges, magici penè in mo-
rem spectaculi. Prior impressio li-
bera ab omni vt pugna, ita & dis-
crimine, qui proprius à saltibus sta-

tionem fixerant, inuoluit hostes; proximos verò deinde ordines ita perterrituit ut totis castris breui trepidatum sit; paucis admodum repugnare ausis. Præsertim cum delectæ cohortes, equituinque turmæ Austrasianorum castra Landerici iussu oberrarent, & parem in animos vbiique terrorem circumferrent. Tanta deinceps strages secuta est, ut tricies milenos de suis desiderasse hoc uno prælio Childebertus tradatur.

Paulus
Diac. I.
4. c. 2.
de gestis
Laug.

N A E D V I N I . V I G I O P O E M U M

H

etiam vero illud etiam sibi invenimus quod Cyprianus & Celsus lo-
cor, Cyprianus interius plicaverat
suum et Cyprianus interius nesci-
pam. Ad hanc velut in manus
conuenit. Et sic eorumq[ue] q[uo]d
modo ad suum sicutur invenimus
ad hoc p[ro]positum est. impinguo con-
cubitorum, et libatoe et hereditatis
tum. Atque non solum Vitis in
cavatibus amictu, sed etiam in
cavatibus amictu.

STROPHIVM CLOTILDIS

CAPVT XI.

Vt fratrum animos concitaret
in Amalaricum cruentum
sudariolum transmisit
Clotildis.

*Greg. Tur. l. 3. & alii Childeberto &
Clotario Francorum regibus, Paris.
illo, hoc suessionum.*

EN V P T A in Visigothorum
regiam Regij Francorum san-
guinis Childeberti & Clotarij so-
ror, Clotildis maternæ pietatis
æmula fœmina pientissima impiis-
simo Regi Amalarico in manus
conuenerat. Quali confortio agna
lupo vel dama leoni traditur. Arria-
no homini & fero, insignis morum
commoditas, & pietas syncera odio
fuit. Amare non sustinuit Amalari-
cus partem sui, sibi dissimilem, nec
exulante amore, odio modum fa-

cere. Seruiebat intra regiam Clotildis & cum aulica seruitute publicam patiebatur. Ita enim ex regio comparatus est vulgi animus ut principis mores vniuersos effingat. Malè habitam à superstitione coniuge aut ab efferato Rege, non leuius in publica luce populus excipere, ad sacras catholicorum ædes stan- tem probris, sibilis & fœdis lutis lo- tiique sparsionibus prosequi ; habe- re denique non modo ut vulgaris fortis fœminam sed ut vilissimum de face plebeia mancipium. A pie- tatis officiis reducem Domi Tyran- nus contumeliis lacestere , incessere contumeliis , saepet etiam per sum- mum nefas plagis violare. Pares animos domestico & priua o malo Clotildi tamdiu pietas fecit, quam- diu spes eluxit aliqua sanctioris olim in Coniuge & Visigothorum gente frugis ; qualem mater Clotildis in Francia & coniuge Clodo- uæo magno fecerat ; ubi deposita spes omnis est iustæ vindictæ pars

56 *Polyæni Gallici*,
animos pietas fecit. Amalaricus ex
solenni suo malè mulctatam sce-
leratis manibus per infamem vœ-
cordiam cruentat: illa vultu sau-
cio in penitus conclave dilapsa, in
malè sanum apud fratres expostu-
latura literas exarat, totamque du-
rissimæ feruitutis seriem edisserit,
cruentum verò proprio sanguine su-
datum chartis inuolutum rei testem-
vberrium transmittit. Huius vel
aspeetu primulo ad arma conuolat
Childebertus, & traiecto ultrà Py-
renæos exercitu improvisus vindex
Tyranno imminet. Timida est &
imbellis omnis crudelitas ferri ful-
gorem non sustinet, nisi quod tra-
stat; hostilis ferri acie perstringitur.
Vix primam impressionem sustinuit
Amalaticus infami fugâ suorum
desertor in prælio quos ad imma-
nem barbariem animaratur exemplo.
Parsurus etat multitudini Childe-
bertus, nisi consciam & consortem
sceleris vindicta poposcisset. Edita
est ergo stupenda strages, & ad ex-

cidium gentis vniuersæ res procef-
sura videbatur , nî celeri ditione
vnâ cum Clotilde principes ciuita-
tes victori traditæ modum fecissent.
Effugerat interea clavis auctor &
mali princeps **A**malarius classe in
Africam transmissurus ; ac erat no-
centem, ut solet insequuta vindicta.
Maluit vindice impietatis consilio
salutem iteratò in discrimen vocare,
quam Regem inopeni tuto exilio
permittere. Regressus ad regios the-
sauros ex principe ciuitate auehen-
dos deuenit in hostium insidias &
homo impius cum facras in ædes
perfugium quæreret , cæsus ut pla-
cet non nemini ab ipsomet Chil-
deberto Francico sanguini pœnas
dedit.

DAGOBERTI CAPILLVS.**CAPVT XII.**

Vulneratus à Bertoldo Dagobertus,
partem capillitii , & cutis, quam
enle strinxerat hostis ad Patrē
misit vt eius iram
accenderet.

A. X. 627. Clotario secundo Rege.

AVSTRASIANIS in Re-
gem datus à patre Clotario
Dagobertus statuerat omnibus
æquitatis & iustitiæ officiis ineuntis
regni consecrare primordia. Et iam
singularibus exemplis cœperat insi-
gnem sæculo lucem afferre , cum
repentè Prouincias & Vrbes lu-
ganti Saxonici belli rumor inter-
cessit. A lancibus Theimidis ad gla-
dium itum ; quanquam ne tum
quidem abiecta diuæ trutina , cuius
causam gladio Rex persequeretur.
Nec verò cessit infeliciter nouo-

Regi, lacepsita fortitudo, licet enim primo trans Rhenum congressu, à Duke Saxonum Bertulpho vulnus accepit, breui tamen perduellis audaciam vltus est, vocato in vindictæ societatem patre Clotario. Venanti per Ardennæ saltus allatæ literæ, & vnâ detracta de capite Dagoberti, ab hostium Duce cutis particula, etiamnum adhærentibus capillis more inter Frâncos principali longius promissis: quam perfida galeâ perfidus Saxo distinxerat. Non maiora concipit irarum incendia rubri panni conspectu taurus, aut elephas, aut detractis leæna catulis. Exilit illico, neque fallunt paterna viscera amor & ira. Erat de proximo exemplum venandi ardor, qui in legitimum furorem versus, fitire cepit debitum sceleri cruxorem. Tumultuario igitur collecto exercitu Rhenum traiicit, & ad filii castra cis Visurgim fixa, contendit. Exceptus incredibili Austrisianorum plausu, & fauftis totius

militiae acclamationibus Saxones
in aduersa ripa tendentes incertos
rei mirificè perculit. Bertulphus ip-
se de Francis suscitatus ecquid noui
& tam insolentis strepitus esset;
cum audisset Clotarium in castra fi-
lij aduentasse; suorum timori con-
sulturus, finxit primùm palamque
professus est Clotarii exitum iam
non paucos ante dies certò accepis-
se se; nec dubiis signis, metus con-
vinci qui vana configerent. Vbi
verò Clotarius amotā Casside regio
in equo, & Chlamide, & effusa ca-
nitie conspicuus, legere cœpit
aperto capite ripam obiectam infi-
nitæ Saxonum multitudini, quam
insolitus plausus è castris excierat:
tum demùni Bertulphus maiori
metu audaciam ad impudentiam
exaggerante, conuitiis regem exce-
pit, & ades ergo (inquit) *retuse*
canterie. Non tulit os hominis Clo-
tarius, at saltu admisso in profluen-
tem equo, hostilem in ripam ena-
tauit, & rei nouitate perculfos ho-

stes comitatu suorum non admodum numero prosequutus, excidit imensa clade. Bertulphum Ducem ipse transfodit; cæsumque perduellis caput, ad filium detulit, En babes, inquit, sibi repensum capite tato capillorum fascem.

In peila Francus filii mutat pilos,
Pilosne credis esse ducendos pili.

ANGLO-NORMANNVS.

CAPVT XIII.

Transgressis in Anglium solum copiis
Guillelmus Normannia Dux,
Vincendi necessitatem imposuit,
succensa classe.

V L T I M V S ex Anglo Saxo-
num stirpe Eduvardus Angliae
Rex qui ab sanctitate appellatio-
nem sortitus est, poterat in optione
heredis à sapientia nancisci; cum
postremis tabulis regiae dignitatis
heredem scripsit Vvilelmum Nor-

manniæ Duce. Apud eum diuerterat exul Eduwardus, & hospitij humanitatem solio ratus opportunam, in hospite benigno Regem optimum prouidit; suorum imprimis amantem, qui alienos tam benevolè complectetur. Ad hanc dignitatem asserendam magnis animis insurrexit Vvilelmus & fatis functo Eduardo numerosam classem in Angliæ portum illum, qui Hartingius dicitur, intulit; erat in procinctu regni Æmilius Haraldus Canuti secundi ex sorore nepos quem populares omni ope in regni fastigium agebant. Vvilelmus tamen in hosticum sic iubet exscendi ut hæreditarium miles intelligeret solum esse; & aduersis etiam sub signis iam tum eius haec tenus ferrovendum, cum in armis staret hostis; cum cederet, parcendum; indolendum, cum caderet. Hanc porrò insulam nouis auspiciis patriam dicendam, veterem oblitis, nisi forte cum Gallicos spiritus virtus Nor-

mannica suggesteret, atque ut suis imponneret vincendi necessitatem iubet vniuersos in littus exilire, & descripto in aciem exercitu manus altera terram Angliam ostentans, *haec*, inquit, *patria altera*. Deinde patratis ex composito incendiariis facies in singulas naues immitti mandat; & spem atque audaciam fortunæ suæ ac suorum puppem ac program facit. Vtrique tandem cessit Haraldus prælio victus cæsusque pridie id. Oct. A. 1066.



ROBERTVS NORMANNVS

CAPVT XIV.

Pedem referentibus suis pudore
animos fecit , vexillum in
medios hostium cuneos
iaculatus.

*Anno Chr. 1097. Kalendis Iuliis G.
Tyr. l. 3. c. 11. Albertus
Aquensis l. 2. c. 42.*

VICTOR ab expugnata Ni-
cæ Christianorum exercitus
Hugonis magni , Gotofredi , alio-
rumque Principum virorum auspi-
ciis , in Syriam iter intenderat cum
tertiis fermè castris in immensas
Barbarorum copias incurrit . Has
improbo conatu collegerat ex om-
ni colluuiione infensarum nomini-
Christiano gentium Solimanus de-
uictæ modò ciuitatis Tyrannus .
Quarum eò erat impetus acrior fu-
tarus , quòd eius ductu militarent ,

qui dissoluendæ obsidionis spe de-
iectus, abductis Constantinopolin-
vxore, & liberis amissâ imperij se-
de, & arce, & coniugales animos, &
patrios, & regios autæ superstitionis
tuendæ succenderet. Priorem im-
pressionem excepere Boamundus
& Tancredus animis quidem ut
Gallicæ originis Italos decebat in-
uictis, laborantibus tamen nostre-
rum ordinibus, propter infinitam te-
lorum hostiumque multitudinem,
cladem auertit Hugonis, & Rober-
ti Normannorum Ducis aduentus;
magna nihilominus Christianorum
& Barbarorum contentione. Soli-
mannus enim quòd bifariam di-
uinas nostrorum copias præcepisse;
duas pariter in acies suos descripse-
rat, nostris vtrisque singulas longè
numero superiores. Ergo recentes
recentibus obijcere & iam defatigati;
qua re præfidebat maximè mul-
titudine obluctari. Robertus incli-
natam suorum aciem cum videret,
Seruij Tullij vetus exemplum Gal-

Iaci iuris fecit. Raptum enim ab Si-
gnifero vexillum in densissimos ho-
stium cuneos immisit, cuius repe-
tendi gratiâ furorem pudor excita-
vit, & in eam aciem Normannos
intulit, tanto quidem impetu, ut
dissolutis his ordinibus, receptoque
signo, propagatus in reliquas ho-
stium turmas insolitus terror, cla-
dem vñâ latè iutulerit. Nec tamen
incruenta victoria fuit Solimanno
fuos quâ vi, quâ verbis, quâ exemplo
& manu confirmante, & ad noctem
ordines identidem restituente. Tre-
pidis hostibus perfugium fuit inter-
nocturnas tenebras in proxima præ-
rupta iuga; hinc ante lucem laceras
fuerum reliquias clavis plenus &
ignominiae eduxit Solimannus.
Cæsa traduntur Machumetanorum
quadraginta millia, nostrorum duo.

*Define Neustriacas Roberte mouere Phalangas,
Hostis sub signis militat ecce tuis.
Fallor ego! anne etiâ cum signis transfuga factus
Arma malo Princeps prodit amica dolo?
Hic dolus est, vñl am signa imponuntur in urbem;
Tu quoque Neustriadum Barbaræ signa feres.*

NATATOR
INCENDIARIUS.

CAPVT XV.

Galbertus sub aquis defert iur testa
ardentes prunas , & vallum
hostile succedit.

An. Ch. 1210. Philippo Augusto Rege.
ex Guilhelmo Britone lib. 7.

Philippidos p. 310. & Regordo
in codem Philippo.

IN S E D E R A T Anglus nume-
rosā præsidij manu oppidum , &
arcem in media Sequanæ Insula,
ut victori Philippo validi propugna-
culi moras obiiceret. Erat locus sæ-
culi more munitissimus. Arx vallo
triplici , vrbs duplici circumsepta.
Alterum è vacerris humilius , subli-
mius alterum è crassioribus palis re-
ctâ innexis, perpetuo ambitu muros
tuebatur. Oppidum declivi leniter

La Ro-
che
Gailard.

iugo in ortum cubabat ad Sequanam. Illic reductus in Sinum fluvius speciem aliquam portus efformabat : alteri lateri arx imposita, hinc ad alterum latus oppido explicato. Tota verò ripa prætensum munimentum geminato ordine, successum in urbem illâ parte muris expertem ut solet, ad oram fluminis, prohibebat. Hinc tamen grata fata pestis & oppidum & arcem involuit. Nam cum alteram Insulæ partem castris Francus occupasset, & in eum toto præsidii robore de ripensi regione securus Anglus, experiretur, diu protrahenda videbatur obsidio, nisi prima de nobilitate generosus adolescens Galbertus animi fortitudinem, quam felici, tam singulari facinore probasset. Erat imprimit natandi peritissimus, ut pote qui compresso spiritu, aquis immersus non ægrè admodum stadia octo emetiretur. Placuit igitur experiri ecquid in igne posset, qui in aqua primas ferret. Ardentes ita-

que prunas in testam vrnulam con-
iicit, os obstruit bitumineo cämen-
to, tum illigatam fune de collo sus-
pendit, mox aquas longo interuallo
ab vrbe, subit. Ac tandem ad iium
vallum incolumis euadit. Hic dif-
fracto vase & collecto ex littorali
alga, iam multis solibus exsiccata,
fomite, ignem vallis subiicit. Corri-
puit illico proxima quæque flam-
ma, & Galberto ad suos enatante
vltrâ vallum vrrumque, in vicinas
domos latè propagatum incen-
dium, & vallorum tutelam & vrbis
maximam partem absumpsit. Ob-
seruārat enim solertissimus com-
menti auctor, vt decebat aquarum
consultissimum, opportunos Euri-
flatus vehementius in vrbem spiran-
tis, quò sparsa longius flamma, ter-
torem quoque longius explicaret:
& inopinato casu perculsis ciuibus
& præsidiariis militibus solertiam
omnem præsentis consilii adimeret.
Enim verò concurrentibus ad com-
mune prohibendum incendium

Oppidanis; ingruentium Francorum impetum, & media per busta in vacuos lorica muros vnde vnde grassantium sustinere hostis non potuit; & capto per vim Oppido, arcis in quam profugerat breui deditio nem fecit, quod eadem incendij labe tergemini valli munimina corrupta essent.

AD PHILIPPVM AVGVSTVM.

De hac Galberti victoria.

*Ecce parant elementa tuos Augustetriumphos ;
Et natura tuis militat auspiciis.
Terra faret castris, flatus spirabilis aër
Et faret in mediâ, partibus, ignis, aqua.
Interdictus aqua male perfidus Anglus & igne,
Acta Franciacâ non bene spiret humo.*



GALLVS NATATOR.

CAPVT XVI.

Dallotius & Garennius fratres
accensis titionibus inter natandū
prælatis moletrinam hostilem
succendunt.

Anno Chr. 1637. mense
Augusto.

AUGUSTVM Sæculum ve-
teri Francorum laude coho-
nestauit Galbertus ille, cuius incen-
dium ad omnem posterum memo-
riam auctorum monumentis pro-
pagatum est. Ludouici tempora vel
vna obsidio aucto præconio cumu-
latur, & Delij natatoris parceriam
Gallici iuris fecit. Enatauit ad pris-
cum Francicæ gentis decus è Sequa-
næ fluctibus Galbertus unus; è Ta-
nari fluentis quatergemini ad mili-
tarem gloriam vna emersere hoc
septimo decimo Sæculo. Ut scires

Guil.
Brito.
Rigor-
dus.

72 *Polyæni Gallici*,
meritò sub Alpinos tractus Gal-
liam dici, & Augusto maiorem esse
Ludouicum. Oppidum est castro
firmatum in Monferratensi ditione
ad alteram Tanari ripam, Rupem
vocant. In eam communibus auspi-
ciis ad repentinam oppugnationem
admotæ Francicæ, Allobrogicæ-
que copiæ; cum validiore præsidio
quām fama ferret teneri compre-
sent, ad iustum obsidionis formam
animum adiecerunt. Iussus in id est
Dallotus Francicæ militiæ Chiliar-
chus tumulum insidere obseßsis im-
minentem & sociorum Hispano-
rum arcendis auxiliis obiectum. Ve-
rūm huic in rem obsidionalem sa-
lutari consilio, mirum quantum ob-
moliebatur lignea moletrina conta-
bulato ex opere lapideis fundamen-
tis imposita in aduersa vrbi ripa
Tanari, quam laterali munimento
vtrinque hostis succinxerat; eam
cum igne soluendam suscepisset
Dallotus, præstò sibi esse iubet fra-
trem imprimis gloriæ consortem

Garennum;

*La Ville
& Châ-
teau de
la Ro-
gue.*

*Dallot
& la Ga-
renne.*

Garennium; tum è contubernio duos Gallici, ex prisco instituto, natus peritos. Hos secum clavâ ferreâ, chalybeo tudite, asciâ, aut vidente ligone singulos ab humeris in transuersum depensis instruit. Ipse altera manu sudem accensam præferens, altera inter natandum usus, cæteris præit media inter oppidorum perpetuis iaculationibus infestorum, tela incolumi transcursu; & inferiorem in contignationem perfosso à se, suisque tabulato succedit. Mox in multam minutiem contusis asseribus, igne ex ardenti sude subiecto, mediis in aquis ingens excitatum est incendium, & quidquid extabat frumentariæ ex ligno officinæ exhaustum, semiustis etiam tribibus flumine absorptis.

Gallos & Francos communitate laudum celebrant vetera monumenta natandi peritissimos. Apollin. Sidonius in Pan. Aucti. v. 235.

Vincitur illuc. (tatu,

Cursu Herulus, Chunus iaculis, Francusq; na-
Sauromata clypeos, Salius pede, falce Gelonus.

D

*ad Ti
gri m.* Animianus lib. 25. p. 320. Sed cum hæc sæpè congeminando refragaretur in cassum, milesque clamans magno contentionis fratre minaretur extrema, edicit Imperator ut sistatur agmen & assueti nare Galli primi omnium penetrarent; ut ijs magnitudine fluentorum abreptis, residuorum pertinacia frangeretur. Electique sunt ad id negotium habiles, qui maxima præ cæteris flumina transmeare in regionibus genuinis à prima pueritia sunt instituti: & cum latendi copiam nocturna quis daret è transenna simul emissi, spe citius ripas occupauere contrarias, &c.

Ita editio P. Castelli. At Henricus Valesius ita legit ex vv. cc. aut verius confarcinat, sed dubitante calamo. Quem lege ut pote auctorem solertissimum. Id impetratum ægerrimè ut mixti cum Arctois Sarmatis Galli amnem primi omnium penetrarent.

Narrat Pausanias in Focicis

p. 336. Brenni milites Gallos de-
iectis ab hoste pontibus Sperchium
latè tunc restagnantem traieceris,
& patrios clypeos loco ratiū ad-
hibuisse. τὸς ἐπιχερίος θύρας, ἐποιεῖται
έκαστος αὐτῆς κεδρίας.

PHILIPPI AVGUSTI CORONA.

C A P V T X V I .

Bouinenſi prælio Augustus suorum
pontem deturbat, hostes circun-
ducit in radios Solis, erexit & aræ
coronam Francicam imponit, &
ad hanc concionatur.

*Anno. Chr. 1214. 6. K. Ang. ex
Rigordo, Mattheo Parilio &c.*

CV M multis nominibus etiam
religiosis incubaret in Angliæ
ruinam, eodem breui trajecturus
Philippus Augustus; Ioannes An-
gliæ Rex callido consilio imprimit,

Oratorem alterum in Italiam ad summum Pontificem, alterum in Africam ad potentissimum illo sæculo Saracenorum Principem destinat. Atque ut aperte profiteretur quâ fide scilicet fœdus ambiret; apud Afrum per bona fide Muhammedice sacris execrandis initiandum acturum sese pollicetur. Apud Pontificem fidem implorat, obtenditque per oratorem, quem eiurauerat animo: ab utro certius in Philippum opem accepturus esset, in eius nimis se regnumque Britanniæ fide ac clientela futurum. Spreuit fidem, leuitatemque hominis Saracenus; Pontifex experiri maluit, quam spernenda esset. Eodem enim fermentè temporis rerumque articulo, Romanus ille cliens, Africana & Punicâ fide societatem iniit cum Othon, e quem Pontifex sacris Christianis interdixerat. In idem fœdus consensit imprimis Ferdinandus Flandrensum, Niuernensium Heraeus, Reginaldus Boloniensium

Matth.
Par. in
Ioanne
p. 233.

morinorum comites, aliiq; & Francici & exteri nominis viri principes benè multi. Ioannis Angli consiliis vna omnium mens erat Philippo de Francorum regno deiecto , regnum ipsum in partium duces diribere vniuersum. Anglo quidem cederent in prædam & Neustria & regio omnis trans Ligerim ad Pyrenæos ; Niuernensi Senones ; Vironmandui Boloniensi ; Ferdinandum cum regio nomine Parisij cætera iuris essent Imperatoris. Ita consociatis in vnum consiliis , vt ancipiti conatu mentem Philippi atque arma distraherent ; inuasit Anglus in Sanctonas , Otho cæterique in Belgicam & Neruios. Anglo Ludouicum filium Philippus commisit ; ipse in Othonem duxit. Et iam vastata Hannonia Tornacum redierat , cum audit Cæsarem ex impeditis palustribusque locis, in quibus delituerat , copias in patentes campos explicate. Mouet igitur Tornaco Rex & properatò Bouinum pon-

tem aliquot ab vrbe milliaribus, oculat, traiicitque exercitus partem. Quā traiicendi morā nostros impeditos & interfluente fluuio diremplos Otho aggreditur ex improuiso. Verūm qui postremum agmen cōgebant generosius ac felicius quām præceperat animo repugnantibus, intellexit iniquo marte se gloriam & victoriam ambire nisi iustā acie decerneret. Eo igitur exercitum tam numerosum describente ; Philippus , cohortibus quæ transmisserant reuocatis , vt in publico discrimine spes priuatas suorum abscinderet, vincendi necessitatem Bouino ponte disiecto imposuit. Tum frontem exercitus in tres acies directit , medium occupauit ipse. Cuius inopinato conspectu (credebatur enim cum priore agmine trans flumen hærere) perterritus hostis, Cornelij Taciti sententiæ dupli errorē fidem fecit , probauitque primos in omnibus præliis oculos vinci. Primo siquidem trepidatum est, seu re-

uerentiâ maiestatis , seu famâ fortitudinis : tum deinde etiam turpius erratum est , cum minus opportunum , ut solet , à trepidatione & stupore mutuatus hostis consilium , quò tutius aciem explicaret , regisque circumueniret , proximum in iugum euadit , circumductisque ordinibus humeros in Septentrionem , ora in Meridiem obuertit . Et erat iam adulta dies & tempus anni ferventissimum . Hic in re præsenti non defuit imperatorio muneri Philip-
pus . Circumagit ipse suos & fronte in Septentrionem obuersâ cornua in Orientem & occasum vtrinque rectâ diducit : vnde gemino fulgo-
re , armorum & solis hostium oculos perstringeret , & vincendi gloriam cum sole ipso communicaret . Othoniani certè deiectis in terram oculis degeneres aquilarum probauere pullos , & inanimæ aquilæ simulachrum , quod præcipuum ex auro perticæ impositum de curru circumferebat Imperator . Sic quâ

30 *Polyani Gallici;*
opera deiecit oculos hostium , am-
mosque Philippus , suorum extulit.
Alterum deinde commentus est
quo suos generosiùs ad iram vindi-
camque incenderet. Iubet ingen-
tem ex compactis asseribus aram
extrui media ipsa inter agmina; quæ
procul ab extremis hinc indè acie-
bus spectari facile posset. Hanc se-
rica purpura , liliisque ex auro intex-
tis obnubit: imponit ex eodem pan-
no puluinar , huic demùm Franco-
rum Regum auream coronam.
Tum seuocatos ad hanc aram Prin-
cipes , Ductoresque ordinum è mi-
litari suggesto monet , decretoriam
hanc pugnam fore , agi summam
Francicæ rei , cum eis sicilicet , qui
violatis aris , spreto numine , re
Christianâ pessundatâ , sacris omni-
bus extorres , à sacrilegiis ac stupris
ad eam conuellendam regiæ digni-
tatis maiestatem graffarentur , in
qua constituta esset arx religionis.
Designari ad prædam inter hostes
prouincias , viros Principes ad ne-

cem, ad seruitutem Francos vniuersos. Non hostes modò sed licitatores regni ac sectores esse. Agite igitur (inquit productâ versus aram dexterâ) Francorum generosissimi, si vnum aliquem tot inter Principes viros ac milites hoc auito Francorum ornatu , Philippo dignorem, & tutandæ Francicæ rei magis idoneum, agnoscitis; agnoscit ipse iam nunc, & pronâ mente principis habiturus est loco; dum eius auspiciis hostili clade patriæ, regno , religioni litetis. Hic ingenti exercitus vniuersi plausu Philippi nomini acclamatum est. Vnum illum esse cui religio & Gallica res inniteretur ; vnum omnium auito regno dignissimum. Non deesse quidem in Francorum exercitu viros principes regno pares , Philippum vnum dignum videri, qui regibus imperaret. Hæc Duces ; tum milites in genua prouoluti supplici voce contendêre, Rigor- benè sibi precaretur & ritu Chri- dur. stiano, salutari signo , & faustâ ora-

82 *Polyæni Gallici*,
tione impertitos in hostes admitte-
ret. Vinci sustinuit à suis pius Rex
vt alienos vinceret, & quas manus
in hostes sublaturus erat, in cœlum
sustulit, & cœlestis auspicij faustita-
tem sibi, suisque precatus, & polli-
citus, iterum aciem describendi, &
vincendi, se veniam facere de cœlo
dixit. Exitum cruentissimi prælii,
& belli difficillimi vt anteuerterat
Francorum alacritas, eadem & sor-
tita est fortunatissimum. Othonem
fugato: aquilâ aureâ, & imperatorio
curru, & principibus belli auctori-
bus, Bononiensi, Fländrensi, Saris-
beriensi captis comitibus, & aliis
maiorum ordinum ductoribus tri-
ginta. Cæsis aut fusis centum quin-
quaginta peditum millibus, equi-
tum incerto numero. Victor Philip-
pus Othonis currum & draconem
aureum, cui Romana Aquila infide-
bat festiuo igne consumpsit. Aqui-
lam resectis alis ad Fredericum
Othonis & imperij æmulum dono
transmisit. At quod tantæ victoriæ

Deum auctorem agnosceret cœnobium & templum amplissimis dotata redditibus ad Siluanectensem urbem, posuit victoriae nomine. Intellexit enim pientissimus Princeps non sine numine subductum sese periculo, cum infinita ingruentium hostium multitudine obrutus, & confosso equo humili abiectus, ab exigua suorum manu incredibili virtute in spem nouam, & tamen insignem victoriam, erectus est. Quo rerum articulo ædem victrici Virgini vouchsafe traditur.

Ferdinandus sanè prouisum hoc Regis discrimen, extremum existium interpretatus olim fuerat. Cum Hariolos matre Lusitanâ fœmina consulente, ambiguis de more verbis responsum est. *Pugnatum iri, Regem humili affligendum, proterrendum equorum calcibus, nec sepultura mandandum;* Ferdinandum verò à pugna Parisios non sine triumpho initurum. Congressus Philippus & periclitatus Ferdinandum in

84 *Polyæni Gallici,*
triumphum Lutetiam duxit.

Bouinensis hæc pugna dicta non
est ab urbe Bouinis, sed à ponte Bo-
uino ut Rigordus appellat, & Guil-
helmus Brito, vel de Bouines ut lo-
quitur Matthæus Parisius. Processi-
mus ad quendam pontem Bouinum no-
mine, qui est inter locum qui *Sanguineus*
dicitur & villam quæ Cæsonia vo-
catur. p. 217. hist. Phil. Augusti.

Rigor-
aus.

Cum nusquam pateat à destris, atque sinistris
Continuis statu iter impedit palude,
Transitus, excepto satis amlo ponte Bouino
At parte ex illa latis pater area campis
Grataq[ue] planities cereali gramine vernans
Quo protensa satis spatio per rura patenti
Sanguineū a Zephyro, Cæsonam tangit ab Euro
Dignus cede locus, & sanguine commaculari
Sanguinis & cedis medius, communis utriusque.

Audiens idem Rex (Philippus)
hostes vsque ad Pontem de Bouini-
nes in territorio Pontinenſi, situm iam
hostiliter peruenisse. Illuc vexilla
direxit. Matthæus Parisius in Ioan-
ne pagina 241.

Vide
Andega-
uum Sa-
gittariū.

Illis ego auctoriibus sui tempo-
ris gesta narrantibus maiorem fi-
dem habendam putauī, quām re-
centioribus quibusdam pugnæ lo-

cum ad Mosam & Bouinas sta-
tuentibus.

Dum magnus ad altum
Fulminat Escaldum pater.
Non Mosam.

Guill.
Brito.

Philippi porrò astu non semper
vsi Franci vt solis Fulgorem auerte-
rent. Nam in pugna nauali ad Clu-
sam Angli circunductis nauibus à
sole oculos auertere Franci Nor-
manni veris in solem oculis pugna-
re coacti sunt. A Chr. 1340. eo-
dem errore Franci clade ab Anglis
affecti ad Carisiacum 1346.



L I L I I C A M P V S.

C A P V T X V I I I .

Carolus Andegauensis milite in
Regem induito Conradinum
in fraudem inducit,
& vincit

*Anno Christi 1267. Augusti 23.
Ludouico nono Rege, ex Æmilio,
villanio &c.*

Cæso per infame parrici-
dium Henrico fratre Siciliæ
Rege, Conradus Imperator à fratre
Notho Manfredo penè legitimè
veneno sublatus, filio Conradino
arma, hæreditario iure, non regna
reliquit. Manfredus utriusque Sici-
liæ Tyrañus sacris interdictus à
summo Pontifice, regno simul &
vita spoliatus ad Beneuentum, ces-
serat armis Caroli Andegauensis,
quem designatum ab Urbano quar-
to Neapolis & Siciliæ Regem,

quartus Clemens Pontifex inaugu-
ravit. Cum malē partum à fratre
Conrado regnum , non æquiūs re-
petere aggressus est Conradinus,
stolo vnicus ac postremus domus
Suevicæ. Præferocis animi iuuenis
vix annos natus septemdecim, Caroli
Ducis veterani solertiā in Marsicis
campis deletus est. Sunt illi ad Fus-
cini lacus dexteram oram citrā præ-
ruptas Apennini rupes latè porrecti,
vbi frequētia adhuc visuntur rudera
formarum veterum quibus in urbem
aqua martia olim inducebatur. Haud
procul intumescentibus circum iu-
gis depressa vallis à camporum pro-
spectu prohibita, uno altero in or-
bem milliari protenditur. Hic, pro-
gresso in patentes campos Conra-
dino, suorum partem secum subsi-
stere in insidiis Carolus iubet; cæte-
ros obiecit hosti, quibus Henricum
Cosantium ductorem præfecerat
suis ad omnem regiam speciem insi-
gnibus adornatum. Ambiebat im-
peratorem prætorianorum cultu ex-

Conra-
din de la
maison
de Suau-
be.

Lago
Fucino.

Lago di
Lclano.

peditorum equitum ala; præfereba-
tur princeps vexillum, omnia deni-
que eâ fuerant solertiâ comparata,
quæ non modò imponeret hosti-
bus, sed gregarios etiam Caroli mi-
lites lateret. Ad hanc speciem regij
exercitus in regios animos erectus
Conradinus, in asserenda dignitate
decretorium fore prælium existima-
uit, manus cum præsente æmulo
conseruisse: irrumptit invicto suo suo-
rumque robore, quos spes agebat
regiarum opum in priuatorum for-
tunas conuertendarum. Certatum
est pluribus horis incerto vtrinque
marte, quod Henricus regia specie
non indignum animum promeret,
regio sanguine & robore, regnum
ambiret **Corradinus**. Cessit tandem
Henricus infinitæ multitudini, &
cæsus fugiendi suis, hostibus causam
præbuit malè opportunè insultandi.
Conradinus cum periisse Carolum
arbitratus effusè in palantes inuehi,
victoria fruendum inclamare, re-
gnum intuto esse, delendum Galli-

ci nominis & fœderis quidquid erat reliquum: ea vox disiecit ordines & dispalatos, insidianti Catolo feliciter obiecit. Inuolat è latebris Carolus & recentibus copiis iam defessos, & solutos aggressus, cecidit inopinatâ clade, ad millia duodecim: principum ductorum quibusque captis; vix elapsus cum Federico Austrio Conradinus calonis veste fugam tantisper tutatus est, dum annulo pro naulo dato, proditus, Caroli tandem in manus deuenit; cuius deinde iussu securi percussus est. Prælij locus victoriæ nomine consecratus est, nobilissimo, à rege victore in ædificato cœnobio, & quod inibi erecta vexilla Francorum liliis effulserint, Lilij campus etiamnum vocatur.

Sabellius.
cus.

Insederat Carolus in Hernicis & Latina via omnes locorum angustias muniuerat præsidiis: quod ubi Suevus compertum habuit, per Equiculanum saltū, qui Taliacotio imminet in Marsos transiit, nec pro-

90 *Polyæni Gallici*,
cul à Fuscino lacu castra fecit, hic
Carolus factus illi obuiam non tan-
tum viribus sed arte etiam usus est,
in hoste superando; obiecto Germa-
nis militiæ magistro regiis insigni-
bus ornato; ipse cum lectissima par-
te copiarum post montem in insidiis
sedet &c. dicitur Carolus Deiparæ
Virgini ibi loci templum vouisse, si
potitus esset victoria; habet & nunc
locus victoriæ nomen manifesto
ibi rei gestæ argumento. Extat ho-
die templum, sed partim dirutum
ex candido lapide mirâ arte extru-
ctum; cui Carolus aliquot castella,
prædiaque multa & magna attri-
buit. Corruit opus nobilissimum
grauissimo motu terræ, ut mihi ado-
lescenti dictabat Nicolaus Car-
sius monachus Cisterciensis perne-
cessarius meus, qui eius fuit loci
Abbas. Enimvero diruto templo
durat adhuc dignitas ab initio insti-
tuta, Sabellicus Ænead. G. lib. 7.
qui historiam produxit ad an-
num 1304.

DRACO PEGMARIS.

CAPVT XIX.

Gosonius Draconem oppugnaturus
prius canes & equos ad
Draconis simulachrum
exercet.

Ex historia Melitensium equitum.

IN N A T V S erat apud Rhodios quodam in speleo stupendæ magnitudinis Draco ; is venenato suo spiritu cœlum tetro odore perflabat, & quos in cumque homines ac bruta animalia incidisset, Lacerabat idem crudelissimè. Cautum itaque fuerat graui etiam exauctorationis poena; ne quis equitum aut ciuium eam in insulæ partem accederet, cui à Dracone *mali passus* nomen vulgus inuenerat; æquabat Draco magnitudine corporis equum mediocrem , capite serpenteni referebat auribus mulum , sed easdem obte-

gebant squammæ. Dentes erant acutissimi, rectus amplissimi, dehiscētes oculi, & ignis instar corusci, horrendus aspectus, tibiæ quatuor more Crocodilorum, acerrimi ungues & acuminati; dorso impositæ gemino de latere pennæ, pars eaurum exterior Delphinis erat colore interior ut & venter perpetuus, ex luteo virescebat, & lacerti definebat in caudam: equo non inertis par erat concussis alis horrendo cum sibilo currentis celeritas.

Eum igitur Draconem cum sibi animo destinâsse pugna debellandum Rhodiensi è familia, quæ Melitensis nunc est, genere & virtute nobilissimus eques Deodatus Gofonius; Gofonium autum in castrum apud Ruthenos ad fratrem se recipit. Vbi expreßissimum in Draconem simulachrum sæpius admissos equum & canes geminos insolentis speciei timore soluit: & eos ad pugnam audacter & intrepidè ineundam crebro ludicro

& batuatione consuefecit.

His ita compositis Rhodum reuertitur & quodam paulò post die per famulos arma in diui Stephani ædem non procul à monstri latebris sitam præmisit. Eò deindè ipse vno aut altero dumtaxat comitante famulo consilij nemine conscientia subsequitur & iussos ad proximum residere iugum famulos pugnæ spectatores esse iubet; dat etiam in mandatis, vt si victus ipse & occisus esset, fuga ipsi subducerent se; sin contrà vinceret, accederent opem laturi. Gostonius ergo cataphractus equo vectus aduersi rivuli oram legit, & in speleum vnde riuus scaturiebat incurrit, nec diu moratur erumpit in equitem Draco terribili alarum motu & horrendo gutturis sibilo, inuehitur ex aduerso Gostonius & infesta hasta nequicquam petit armorum alterum, cecidit enim irritus impetus & repugnantibus squammis hasta in plura segmina diffringitur. Circumcursant

interea canes & monstrum acriter aggrediuntur, horum alter infixis penitissimè in ventrem dentibus tantisper subsistere præ dolore coëgit dum se ex equo duceret Gosenius, & pedes audacter pugnam redintegraret stricto gladio, quem tandem iugulo Draconis imbuit tenuiorem per cutem, ac tamdiu pertractauit atque inficit, donec præfectæ ac perfractæ fauces. Nec verò priùs destitit obiectu corporis in Draconem conniti & gladium inferre quam suum Draco sanguinem exhausit: sic enim collapsis viribus prolapsum est in terra monstrum: & præ labore & horrendi cadaue- ris pondere atque fœtore iam fatiscentem Gofonium inuoluit. Dra- conem victum & iacentem conspi- cati famuli curriculò aduolant & tanto onere Dominum iam animo defectum liberant & in equum im- ponunt.

Eâ igitur lætitia cumulatur, qua tantæ victoriæ compotem esse de-

cuit, redit in urbem eques & recta
magnum adit ad Magistrum totam-
que pugnæ seriem lætabundus edis-
serit: Magnus verò Magister ingenti
gaudio delibutus & tantæ specimen
admiratus virtutis animum tamen
gestientem repressit, & seuerioris
disciplinæ causa, iram prætulit in
contumacem, quem exauctoratum
carceri mancipari iussit. Pauculis
deindè post diebus in ordinem pri-
stinaque in beneficia equestria, ac
ius antiquitatis restitutum honoris-
bus cumulauit amplissimis.

GALLIÆ ET GRÆCIÆ
contentio.

*Vere monstra parit, falso que Grecia vincit,
Monstrorumque ferax, & domitoris egens.
Gallia que monstris tellus est omnibus coopers,
Expers monstrorum vindice nuncquid erit?
Grecia Rhodus monstru Gallo domitore peremit:
Quæ vere illa tulit, verius illa necat.
Grecia que verax producit monstra, Pelasgos
Inducit fallax in sua monstra duces.
Dividat ut verax sit Grecia, scilicet, orbi
Grecia monstra parit, Gallia monstra domat.*

G O S O N I V S

SOLVTVS.

*Verus amor patriæ mihi vincula strinxerat antè ,
 In nona me patriæ vincula mittit amor.
 Illa amor in patriam meus olim vincula fecit ,
 Hæc in me patriæ vincula fecit amor.
 O patria ! ô veri mirabile nomen amoris !
 Vincula sine adamas, sine adamariſ . habes !*

G O S O N I V S

IN CARCERE.

*Siccine , sic Rhodio libertas empta popello !
 Siccine compedibus constitut empta meis !
 Siccine , sic Rhodie , sic est deuota saluti ,
 Partaque nimirum mc pereunte salus !
 Scilicet his latebris, hoc scilicet insula septo ,
 Collatam autori grata rependis opem !
 Libera quod liceat vestigia ferre per agros ,
 Quod nemora insidiis, peste quod antra carent.
 Vincula vicem referunt, & libertate receptâ ,
 Horrida captiuum detinet umbra ducem
 Quod meus insidijs amor intulit ante Draconi
 Anne mihi media est insidiata Rhodus !
 Tetra quod hansta lues nostro fuit ense, viciſſim
 Squalida virosus corpora pædor habet :
 Noſtra ne quod patria desertis cimbis aurâ
 Quod dedit optato dextera sole frui :
 Numnam ideò latebras , cæcique silentia terti
 Dextera lucifificâ noſtra parauit ope !
 Quid mea non gelido præcordia sanguine cincti ,
 Degeneremque tulit Gallica terra virum .*

Quid

Quid mea nobilibus volvunt incendia flammis
 Pectora, quid cumidus deuorat ossa calor!
 Sanguis ô, ô vinam qui me sibi finxit Achilem,
 Thersites excisis corda dedissit carnis.
 Ipsaque vincendi doctissima, nescia vinci
 Dextra, vinam in gremio debuit scire iners.
 Cur ego lethiferi captus Mavortis amore?
 Cur ego de primis vnguisbus arma tuli?
 Cur nostris scutum ex humeris optablie pondus?
 Cur pharetra immensum, plena pependit, omnis?
 Cur mihi dum primis querrebam ludicra nugis,
 Fibula succinto nexuit ense latum?
 Martia corporeo crevit cum robore virtus,
 Hac ammi iam tum signa suere mei.
 His utram omnibus contraria fata tulisse?
 Nec mea me virtus vincere dolta foret.
 Que prius hostiles virtus spondebat honores,
 Hac in me propria virtutis iniqua manus.
 Spirans vitiam tractus infamia nosri,
 Versaresque ferâ sibila collagula.
 Quin memora, & capos & quo Khodus equore, tota
 Porrigitur, totam permeat atria lues.
 Quin celer infestis in moenia deuolat alis,
 Quin media ciues inficit urbe Draco.
 Non via, non ades, non intima regna penatum,
 Non fora, non surrit curia tua satis.
 Scilicet hac fuerint infamia vota furoris,
 Id velit torrentis quem plaga solis habet.
 Heniochus cupiat, vel si quis dirior illo
 Induit horrendae pectora seua luea.
 Ali minime, minime! nondum feruentis amorem.
 In patriam excusit pectoris ira, mecum
 Festinat iussus adhuc pietas, queque ardua quondam
 Omnia veloci insit inire pede,
 Hac eadem matura veget, viresque periclis
 Scilicet extremis ingeniosa tui.
 Non piget Herculeos patriæ vomisse labores,
 Non temasse piget Billerophontis opus.
 Non mea cadmaeos exborrit dextra trium hos,

Non fugat incensus Thesea mente, dolor.
 Scilicet hoc animos, hoc frangit scilicet ynum ,
 Exitium hostili non reperiisse nece.
 Gratior hac patrie cecidi sem viuim morte ,
 Fors patria audires grata, memorque magis.
 Quidquid id est, si pœna placet non debita, letor
 Sit modo parta tibi, per mea damna, salus
 Ite mei tuto, perrumpite mœnia ciues,
 Ite per umbrosas, ite, redite vias.
 Quando tamen sylvas deerrabitis inter opacas
 Cum montana procul pes teret antra vagus
 Dicite : viætricis sunt hæc data munera dextræ,
 Hæc est Gosenij strata labore via.

CHLAMYS BRITANNICA.

CAPVT XX.

Ioannes Monfortius , Carolum
 Bleſenſem expugnat vestis
 mutatione.

Ex Argentrao & aliis.

ANNOS iam fermè tres su-
 prā vicenos grauibus bellis
 inter se Britonas contenderat Bleſenſis & Monfortij comitum infini-
 tæ controuersiæ lis implicatissima.
 Hic paterni iuris , ille vxorij vindex

decretorio tandem prælio, ad Darienem arcem in Venetis experti sunt. Omnibus machinis arctissima obsidione cinctam oppugnabat Monfortius, paribus copiis suppetias ferre conatus Blesensis ad hostium castra exercitum admouit, oppidanorum ingenti voluptate, hinc utriusque ducum iniecta mens est, aleam semel iaciendam nec toties experiendum fortunæ ludum; ita comparatus erat ductorum animus. Quorum certa sententia, ubi in vulgus innotuit de rei summa decernendi, summam rei fore statuere militum singuli ut victus uterlibet ducum foret, is dum calet ferrum conficeretur: proinde cum dato signo consertæ sunt manus, non tam partium erat quam singulorum contentio. Monfortius in ipso suorum procinctu descriptis iam aciebus, consciis tantum ordinum ductoribus, imperatorium paludamentum depositus. Chlamys erat manuleata textili argenteo & stamine pontico-



rum murium exuuiis suffulta interius, exterius pullo è serico in pellum earumdem speciem variegata, & paribus interuallis phrygio opere distincta, aucto Britannorum Regulorum more. Hac de suis equitem vnum strenuū imprimis & imposita persona dignum insignit: Ipse vulgari nobilitum cultu pugnam init. Nec verò diu certatum inter antefignanos & velites, cum Carolus personatā equitis specie deceptus, eò belli molem omnem impellere, vni turmæ incubare infestus, in eum vnum militiæ florem ducere, ipse agmini præire; aduersarium poscere; tam strenuè denique arma mouere; ut aditum ferro nactus, hominem equo deiectum gladio confoederit. Hic enim verò viotis scilicet insultare, manus darent, & sublato turbarum auctore patriam aliquando respicerent, iacere tandem belli nefarij ducem, numinis suffragio penes viotorem ius esse. Carolum ita liberè & paulò licentiūs quam

inter hostes addecet, exultantem, inuadit ex inopinato Montfortius, vmbrialem victorem in solem prouocat. Stetit principio anxius rei nouitate Carolus, at mox ut erat, & manu strenuus, & præsentissimi consilij Dux vociferari cœpit hostem iam præiudicio, causa cecidisse, exuisse meritò Monfortium principatus insigne, neque hunc magis, quam satellitum quemlibet Ducis nomen obtainere, aut tueri posse, ab ipso Monfortio perduellionis pœnas repetendas, quas vel fictus meruisset. Dicentem nihil moratus hostis, acto cuneo Caroli aciem perrumpit, Verum instaurato actiè prælio, cum diu librata vtrinque vitoria in Carolum inclinaret Monfortianorum aciem nutantem Candosius restituit, compositâ prouidè ad hunc rerum articulum sùbsidiariorum equitum alâ; quâ recentes equitum, equorumque vires (quippe quos Dux stantibus ad fræna sesquiibus vacuos dum à prioribus res-

Chandos
Anglus
v. viætri-
cem præ-
dam.

102 *Polyeni Gallici,*
geritur esse iusserat) expromente,
deiectum est Caroli agmen , ipse
equo deturbatus à gregario milite
Anglo-Britanno sicā in fauces
adactā confossus est.

HOSTILES ANGVSTIÆ.

CAPVT XXI.

*Numerofissimum exercitum coniurato-
rum Belgarum Duce Artauillorin
locorum angustias coactum ysu
telorum probibent
Franci.*

ANNO millesimo tercente-
simo octogesimo secundo
prostrati Rosebequensi prælio Bel-
gæ perduelles à Carolo sexto, cæsis
vnâ cum Philippo Arteuellio con-
iuratorum duce quadraginta homi-
num millibus. Quæ tanta morta-
lium cædes incruentâ victoriâ con-
tigit, perduellium copiis ita circum-
uentis , vt in arctiorem æquo lo-
cum coactis premente yndecunque

Franco telorum omnis vſus ademptus sit. *Æmilius eleganter.*

Philippus allato aduentu Regis, relictis quod satis copiarum videtur ad continuandam Aldenardæ obsfitionem, cum sexaginta milibus pugnatorum Francis ad Rosæ bequā occurrit. Ibi concursum miraculo fuit. Quod cum caligo densa lucem obscuraret, longinquumque prospectum adimeret: vbi Villarius Flammulam explicare cœpit, mira serennitas redditæ, omnia circā procūlque patet: ac uterque exercitus alterum oculis metiebatur. Flandri generatim constiterant. Sub suæ quisquis ciuitatis signis: ut inter se noti, cognationeque ac necessitudine iuncti, se atque charissima pignora tegerent: mutuâ exhortatione incensi, domesticos testes, quod maximum incitamentum foret, suæ quisque virtutis habituri. Nec singuli modò, sed & populi inter se ardore defendendæ communis salutis, æmulationeque cer-

tabant. Præceptum imprimis eis
à Philippo fuerat, uti densis ordinibus.
Iunctique decertarent: disiungi
alios ab aliis dissipati que se non
paterentur: inflarent hosti: mori
quām cedere malling: meminerint
Iohannem Regem in Piætonibus à
paucis Anglorum millibus captum.
Capiendis hostibus tempus non in-
suinerent: non se illigarent. Regem
vnum, si fortuna ac virtus ferret,
vnuum caperent: cæteris minus par-
cerent. Captis Brugis elapsum Co-
mitem, atque eâ re nondum liber-
tatem suam stabilitam: Rege capti-
uo, finem periculorum futurum.
Rex tunc primum arma induerat:
confilij salutisque causa delectissi-
mis proceribus latus suum sepserat.
Tres instituerat acies, quæ earum
numero nobilitateque ac vittute
præstabat, in ea confliterat: hanc-
que se primum ostendenti hostes
impressione factâ loco mouere. Id
apud Regios malum, in bonum
versit. Dum instat ferox hostis, se

viētorem vniuerso prælio ratus: duæ reliquæ Francorum acies dextrâ lœuâque hosti circumfusæ , non tam ferro dimicare , quām vrgere , premere, impellere : in angustum , in arctum cogere eum cepere : ne im- petu animi roboreque corporis fre- tus, expedire tela, pugnareque pari atque Regij fortunâ , conditione, locoque posset. Suomet ipsorum tumultu laborabant: alij alios inter- turbabant. Dum sibi quisque viam facere in hostem, eximere à suorum trepidatione conatur, consternatio vesana augetur. Alij hostium dextr cadent, alijs concursatione suorum ruinâque oppressi procumbunt, conculcantur. Non minùs negotij à se ipſi , quām ab hoste habent. Ad triginta millia in prælio desi- derata , in fuga plus decem millia cæsa.

NORMANNVS
VRINATOR.

CAPVT XXII.

Sublicium ex colligatis cynibis
pontem sub aquis innatans
dissoluit & disiicit.

Gaguinus lib. 10. in Ludou. 11.

An. Ch. 1465.

IVLIVM Cæsarem de pontis
sui fabrica tam accuratè differen-
tem ac tam seriò, quām esset impe-
ratori de ordinanda acie disputan-
dum; meritò inter iocos hinc Pon-
tificem appelles, atque indè, à pri-
mo scilicet Imperatore ad Gratia-
num usque studio æmulandi Roma-
nos Principes vnà cum imperio
pontificatum etiam induisse cauille-
ris. Sanè opportuni est ducis in tra-
ijcendis fluminibus solerterem esse.
Hoc iure Carolus Burgundus Phi-
lippi filius bello, cui perduellio bo-

ni publici nomen fecerat, imperatoris partes illas egit, quæ subitarios excitan pontes. Sequana medius interfluebat coniuratos inter & Burgundos, quo traiecto, regiæ laboraturæ copiæ videbantur, & numero & tumultuario delectu inferiores, si prætorianos excipias. Trahebat secum subliciam machinam dissolutis trabibus in varia plaustra disiectam, quæ facili operâ componi & in utramque posset ripam explicari. Et iam strinxerat utramque Carolus cum regij crebris velitationibus, & grauioribus aliquando præliis priores hostium turmas traectioni proximè imminentes distincent, arcentque à ponte castrensi sagittarij comprimis qui ex aduersa ripa & de proximo tumulo, quem præsidio, valloque præceperant. Hæc inter felici exitu rem difficilem explicuit Normannus vrinator. Is suspensa ex humeris fabrili terebrata, & rusticanā bipenni, sub vndis ipsis & secundo Sequana in machinam.

108 *Polyæni Gallici;*
enatârit, & vincula partim ex funi-
bus, partim è ligno concinnata,
abscidit atque absoluīt, quām igno-
tus hostibus tam breui agnoscendus.
Hinc dissipatâ compage voricoso
fluminis aluco cessit hostilis indu-
stria, & fœdo non minūs quām su-
bito naufragio disiecta. Norman-
nus ad suos incolmis victoriæ &
solertiæ suæ spectator euasit.

TVBÆ SENENSES.

CAPVT. XXIII.

Cerilliacus auxiliares copias Senen-
sem in urbem inducturus, ingenti
numero æneatorum, speciem
præbuit ingentis equitatus.

*Anno Chr. 1552. ex Monluc.
comment.*

INTE R obsidionis Senensis mo-
ras depositâ Monlucij Præfecti
valetudine dilatus inter hostes no-
stroisque rumor, horum magno lu-

et tu, pari voluptate illorum, breui
(vt solet) eundem fato funetum
asseruit. Indoluit enim verò partium
damnis Strossius Gallicæ in Etruria
rei moderator; & ne forte ducis ca-
su Senenses conciderent, & suppe-
tias vrbi & se obseffis imperatorem
parat. Iter Monte- Ilcini Senas
sub nocte in ingressus, altero ab vr-
be obfessa milliari Marignani Cæ-
sarianorum Ducis insidiis exceptus
est. Præibant Francici fœderis Ita-
licæ cohortes quinque: in eas pri-
mus exproimptus hostium impetus
non modò disiecit ordines, sed &
disiectos in equitatum impletit im-
menso terrore. Ipso etiam Strossio
equo deturbato, & in proxima ru-
dera compulso sub ipsam equitatus
nostræ frontem. Alæ erant equitum
duæ, alteram ducebat Ceriliacus
Monlucij nepos ex veteranis &
Gallis plerisque omnibus equitibus
conflatam; alteram Italicam rege-
bat legatus absente præfecto. Hæc
dum peditum fugam non inutili

ope ra fistere conatur; circumductis
equitibus Cerilliacus & in manipu-
los descriptis acriter in palantes vi-
ctoriæ fiduciâ hostes inuadit. At
quò numerosissimi equitatus fa-
mam concitaret & vnâ terrorem
latè, hostesque diduceret, singulis
suorum manipulis plures, quas antè
prouido imprimis consilio à cæteris
Montis - Ilcini turmis comparaue-
rat, æneatores addixit. Hi porrò
tanto tamque multiplici clangore
iam penè spolia legentem hostem
excepere. Ut vni huic equitum alæ
impares fuerint plurium legionum
amplissimæ copiæ; & fuga vtrinque
peditatus hostilis & nostri vacuos
militibus campos equiti viatori,
ac stupenti sub lucem obiecerint.
Strossius è suis ruderibus eductus in
urbem tutò perrexit.

CLANIANVS EQVE S.

CAPVT XXIV.

Imbellem turbam iubet Monlucius
noctu castrensis iumenta circà
hostiles muros agere in specie
numerosi equitatus.

An. Chr. 1557. 3. Kal. Quint. ex
Thuano lib. 18. & Monluc.
comm. pag. 591.

CLANIANA Etruriæ pars
est ad Clanim fluum cuius
præcipuum Oppidum Corsinia-
num. Eò abducti erant quinqua-
ginta circiter captiui Gallicarum
partium milites; quos ut in liberta-
tem assereret, custodiam ipsam ag-
gressus Monlucius Thusciæ pro re-
gio imperio ab Henrico præpositus
victores urbemque subegit repen-
tino in muros & propugnacula per
noctem impetu. Qui ne fortè felici
exitu frustraretur, si vt erant exiguae

312 *Polyani Gallici;*
copiæ nostrorum, vno alterove tan-
tum loco pugnare coactus hostis,
maiorem numerum obijceret: per
nocturnas tenebras obequitare cir-
cà vrbis muros iussit, quām fieri po-
terat tumultuosissimè, annonæ, sti-
pendiisque præpositos, cum vnuer-
sâ familiâ, & omnes denique sagatæ
militiæ penulatos asseclas. Quorum
numerum in eam rem secum addu-
xerat non contemnendi apud igna-
ros strepitus. Valuit imbellis turba
non parùm ad elidendas spargen-
dasque hostium vires, dum pari
ybique custodiâ pro muris curare
satagunt. Monlucius intercà altero
scalæ superato, altero subruto muro
in urbem subiit: & vinctos liberta-
ti, liberos vinculis tradidit.



E Q V I T U M P E D I T E S .

C A P V T X X V .

Equitibus & hastatis fistulatores
permixti equos , & ordinum
ductores configunt.

*Henrici quarti FF. R. An. Chr. 1587.
Dupl. & alijs.*

NON leue momentum fuit inclinandæ in partes Henrici viæ præter veteris militiæ institutum suorum acies in Cotracensibus campis direxisse. Quamquam si Gallorum heroica tempora inspiciamus , Gallici moris veterem soler-tiam deprehendemus. Permixtos enim tradit Cæsar Gallico equita-tui pedites sagittarios , & ab iisdem ex improviso Romanorum complures insolentiâ rei perterritos , confi-xos esse. Quod præsenti consilio etiam salubriùs in Ioyusij turmas ab Henrico præstitum , cum singulis

fermè priorum turmarum equitibus singulos affixit fistulatores, qui eminūs hostiles equos conficerent, priùsquam cōminūs inter vtriusque aciei equites concurreretur. Ita confossis magno numero equis, aut vulnerē tardis, aut interiectis cadaueribus dispalatos ordines perfregit magnā clade Nauarrus eques.

Non absimili commento rem **Gallicam** promouit Blasius Monlucius, insertis inter hastatos fistulatoribus, quorum vna scilicet hæc foret cautio, ut gregariis prætermis- sis omnibus, in vnos dumtaxat ordinum ductores collimarent. Hinc inter ipfas prætentandæ phalangis moras cæsi partim, partim saucij hostium duces, inauspicato casu, nouis imperiis incertos consilij ordines, nostris ad certam cladem obiecere.

Natus est Ciapinius Vitellius Tipkerni in Umbria parentibus Nicolao Vitellio, & Gentilina à staffo Perusina, in militari plane domo; quippè cui & armatam sclopis maioribus equitum tur-

mem & edoc̄am in cochlea morem de-
currere peditum p̄k alangem bellica de-
bet Ital iæ disciplina. Strada lib. 8.
pag. 562. Historiæ Belgicæ.

DE PONTANI
CALVINISTÆ.

CAPVT XXVI.

Moletrinâ fluuiatili fluctibus per-
missâ pons sublicius hostium
deturbatur.

Ex Monlucij comment.

STATVERANT communi-
consilio sectarij perduelles Mongomerius imprimis & Colniniis
Aquitaniam vniuersam cis & trans
Garumnam armis suorum infestam
tenere. Eò frontem sublicium ex
magna nauigiorum multitudine
aliquot ab Aginnensi vrbe millia-
ribus confecerant, ad eum portum
qui Marianus dicitur. Aduolārat non
ita pridem Aginnum cum bœna

nobilium manu Monlucius, vrbis auxilium illaturus si forte quod fama distulerat obsidione premeretur. **A**ngebat ergo solertissimum ducem hostilis illa machina, quæ amplissimas regiones sectariis in communionem armorum obijciebat: in tanta præsertim nostrorum militum infrequentia, quæ iustos exercitus nusquam poterat hostibus latè insultantibus opponere. Subiit tamen spes aliqua dissoluendi pontis ex vicinia fluvialium aliquot moletrinorum, quæ sub ipsa vrbis pomœria secundo flumine adstructæ & catenis deuinctæ more gentis, inter medias aquas hærebant. Ex his præcipue magnitudinis una deligitur, quæ faxea etiam aggestione prægrauata, ex ipso pondere incitatiorem ferret impetum. Et forte pluuiarum frequentiâ & hyematis anni tempore, in magnam altitudinem fluminis excreuerat, cuius alueo permissa moles, sub ipsum noctis meditulum; altera deinde hora, & à capti-

uis cognitum est, tantâ impressione tamque graui illis adacta est in pontem, ut defractis compagibus machinam omnem latè diicerit. Ita de ponte deiecti perduelles occupandæ Aquitaniæ sententiam abieccere.

NAVITA DIEPPENSIS

CAPVT XXVII.

Nauclerus in sua ipsius naue abducendus à victore hoste solus hostes prædam facit, cæso gubernatore alios obserat.

Anno Christi 1635.

AGEBAT in patriam iam felici cursu Nicolaüs Belliardus onerariam suam Brugicoriensi sale grauem, cum ab Dunkerquensi nauii interceptus, abductus est à vi-
tore in Angliae littora, hinc exportandus suâ ipsius cymbâ Nicolaüs

Brouage.

Hispanis quatuor, eiectis Francis creditur, dum moram trahit alterum in Britannia nauigium. Erat imprimis quod grauiter ferret Nicolaüs, iam quasi transfugam cymbam in se, hostili fortunæ velificari. Statuit ergo toto illo Anglici maris, Quod Belgium inter Britanniamque interest, decursu, in omnia expediendæ libertatis momenta incubare. Cessit percommode viro solerti nec imbelli cura. Tractabant nautici ministerij nescio quid Hispani tres intrâ nauis inferiora receptacula, quarto ad gubernaculum admoto. Vedit hic dari quem tantopere ambiebat opportunum gerendæ rei articulum. Occupat illicò gubernatorem ferro; cæteros obiectis foribus, obditoque pessulo & circumactis per notos sibi anfractus seris, exitu intercludit. Tum liberam Hispanico imperio nauem ab hostilis tractu, ad patriam reuocat: ac tandem sexto Idus Iulias suis redditus, inuictæ solertia plausum tulit.

PONCORLÆVS LIGVSTICVS.

CAPVT XXVIII.

Nauali prælio milites aliquot in
hostis pretoriā inductos vincere
cogit subductis tabulatis.

*Anno. Chr. 1637. in mari
Ligustico.*

Novos delectus in supplementum Italici & Insubrici exercitus vehebat anno tricesimo septimo suprà sexcentesimū & millesimum; & militum vnà stipendia veteris & noui sacramenti plures in menses, classis Hispanica; cum Gallicana prælij siue copiam, siue necessitatem fecit. Hanc regebat vir strenuus imprimis & solers Poncorlæus, triremibus eâ tempestate cum summo imperio præfectus: & cessit opportunè quidem rei Gallicæ præfectura. Hispanus enim, quòd

120 *Polyæni Gallici*,
neque honestæ fugæ locus esset,
neque verò salutari, incubante ho-
ste etiam de proximo; quos iam in
fœderata Liguriæ littora emiserat
non exiguo numero milites, in claf-
sem nocte intempestâ reuocauit,
& his præter morem, opinionem
certè nostrorum, classicos ordines
ita densauit ut quod vnum præsidio
fore opportunissimum credebat, ei
fraudi verterit & damno Gallicana
fortitudo. Etenim Poncorlæus tri-
remem, quâ vehel atur primo sta-
tim congressu in hostium præto-
riam agi iubet, & audaci commen-
to suos scloporum omni prohibitos
ad manus conserendas vnâ proximè
admoueri, tum iactis exemplò in
hostilem nauem pontonibus, dele-
ctos omni de numero quinquage-
nos transmittit; nec mora reductis
ex composito tabulatis, tuiremem
suam abducit in alias hostiles, opem
que laborantibus suorum nonnullis
præsentem affert. Opus erat alcæ
periculosa plenissimum, ni Gallico
robori

robori videlicet incumberet. Manipulus ille tam paucorum militum, ut sibi se permissum intellexit virtutem in partes vocat, vires exagge-
rat, & vincendi non periculi minus quam hostis certus, breuiori telo
classiarios aggreditur, cogitque tam
arcte in proram, ut neque sarissis,
neque fistulis, quarum usu praepol-
let Hispanus, expediendis locus es-
set. Ita implicitos, occupato iam
antè gubernaculo victor Gallus in
postremam suorum aciem tutò se-
duxit in captiua prætoria. Sex item
aliæ captæ triremes, vniuersa ho-
stium classis luxata. Quamquam
enim parem utrinque triremium
numerum, id est omnino quindecim
imparem fecerat ignaua sessio-
fio trium nauarchorum, totidemque
nauium; parem tamen probauit
Hispano etiam vincendo imparem
Gallorum numerum Poncorlaeus.

REGVLI NAVTÆ.

CAPVT XXIX.

Franci nouem in hostilem nauem
immisſi subductâ vi tempestatis
ſuorum naue, trepidos hostes in
ima delapsos exitu intercludunt,
cum naue captiuos abducunt.

Quarto Decemb. An. 1638.

De Dun-
Kerque.

Le Com-
te de
Charost.

Le Roi.
tel et S.
Leouis.

LEGERAT iam dies aliquot
impunè Morinorum oras pro-
ximo è Belgarum nauali hostilis
Liburnica; quam vt primùm pro-
pexit Caletensium præfetus *charo-*
stius iam vltro ingruentis tempesta-
tis metu iter remetientem: in eam
lembos maiores duos emisit. Alteri,
Regulus nomen erat, *Diuus Ludouicus*
alteri. Hic tamen impar irato mari,
breui coactus est inhibere cursum.
At ille fugientem affecutus hostem,
missilibus primùm, hastilibus dcin-
dè, ac gladiis tandem & consertâ


maru obsidere cœpit. Nec verò cohiberi Gallicana vis potuit, quia generoso in hostium Liburnicam insultu foros & transtra invaderet. Non tulit nostrorum impetum hostis perterritus; at nautæ certatim & milites in imā nauem successē e Debellatum videri poterat, nī grauioris æstus vortice abrepto Regulo, impari longè hostibus numero Galli nūem admodum infedissent, Sed maior animus numero præfidij numerosi partes expleuit. Polartius Reguli Subnavarchus manipulo prærat. Iubet is exemplò fororum exemptiles tabulas, quibus inferiorem in nauem aditus est clavis inditis curiosè singulas obstrui. Quibus obstruendis cum tota naui decurreretur, ingentem nostrorum multitudinem ratus esse & veritus hostis, impetum omnem à tabulatis repressit. Regulus interea desertus à suis, vix ægrè tandem sub noctem Calecum tenuit. Quò ne per noctem victores accederent vis tempestatis

Les
Ecouteilles.

Le fort
de Mar-
dix.

Florus.

ingrauescentis effecit. Anchoram ergo in hostico fixit, qui in pacato non poterat, Polartius ad Mardikum noctis reliquam partem exegit; sub lucem sedato mari, *quasi vi-
etum se fateretur*, passis velis Caleti portum inuestitus est. Ita stupori fuit tricenos hostes à tam paucis in suo captos teneri.





POLYÆNI GALICI
SYNTAGMA SECUNDVM.

S C V T V M
SIVE, DE REPELLENDIS
H O S T I B V S.

B V S T A G A L L I C A ,
C A P V T P R I M V M .

Accenso circùm castra igne, hostium
notitiæ discessus præripitur.

*Anno V. C. 702. oppius Lib. 8.
Comment. C.*

GE N T E in Gallia Ita-
lica Cæsare, & cum Se-
natu per internuncios
urbana & togata prælia
inchoante, coit in fœdus Gallia
vniuersa, sive videlicet urbani tu-

multus. Bellovacī vni suis auspiciis rem gerere se posse rati, belli societatem aspernati sunt. Verūm vbi accisis fœderatorum rebus, belli moles in eos incubuit, pluribus attriti præliis communionem cladis experti sunt, qui nimirūm semper noxia animorum præfidentia, communionem armorum neglexerunt. Ergo locorum præsidia, tutelamque aucupantes per impeditos quosque terrarum viarumque tractus, infesti victoris solertiam eludere conabantur. Nusquam tamen illustriùs hostis oculis, armisque illusere, quam cum excitatis circùm castra pyris, incensæ loricæ moras hostibus obiecere. Iugum castris obtinebant Bellovaci, quo Cæsariani non nisi per interieetas latè paludes eniti possent. Hâc tamen per instratos frequentibus tabulatis pontes explicata viâ, secundis castris Cæsar alterum ipse iugum obtinuit, quamquam ægrè & inclinato iam in vesperam die. Galli quibus in noctem

proximam discessus necessitatem ci-
bariorum grauis inopia imposuerat,
palustribus aquis male protecti , ig-
neum aggerem fugæ prætenderunt.

Erat hoc Gallicæ militiæ vetus in-
stitutum, ut in castrorum metatio-
nibus singulis singuli virgultoruñ,
farmentorumve fasces aut culmo-
rum quibus ex more insiderent,
compararentur. Hinc semper ingens
erat in castris stramentorum , fron-
diumque copia ; tum verò maximè
suppetebat quod & hyberna tem-
pestas esset, & locus lignationi com-
modus. Certo itaque inter ordines
discessu , qui longius à vallo teten-
derant traditis permanens fasciculis,
excubantibus ad hostilium castro-
rum frontem commilitonibus , in-
gentem penè momento submisere
materiam. Quā in pyram extructo
circum aggeri , subditus vnde cun-
que ignis , hostium oculis fugam
eripuit , flammæ fumique oppositu.
Cæsar enim, quamquam ex tam re-
pentino, insolitoque incendio mili-

Oppius
1.8. c. 3.

c. 2.

tarem dolum interpretabatur, incertus tamen hostilis consilij & sui, hærebat intrâ vallum ; at submissi ab eodem equites pertentandi gratiâ ; cum incenso aggeri subiissent, tantus eos bustorum fumigantium vortex implicuit, ut insidias veriti, liberam hostibus fecerint abscedendi facultatem. Hi decimum millia re noctu emensi, tutiori demùm loco , & importandis in castra commensibus opportuno, refedere.

AD CÆSAREM:

*En fugit hostis ! vñst̄ es tamen Cæsar :
Fugam paranti fœneras fugam. Namque
Iouishyemantis pellat ut grauem noxam
Spolia ipsa redimit hostis igne succenso.
Sed vendit ignem, vendit hostis & fumos.*

Busta Gallica, locus erat ex Liuio I. s. iuxta Æquimelium Romæ italicus, quod illic in aceruatos cumulos suorum corpora defunctorum ex pestilentia Galli vñlerat. Alius etiam locus, Busta Gallica, est appellatus ad Apennini sinistrum latus, cæsis à Q. Fabio Gallis annis 93. post

Camilli victoriam & inditum no-
men Bustis Gallicis Romæ. impe-
ritè enim Procopius lib. 4. rerum
Gothicarum vtraque hæc Busta
confundit & in Appennino tantum
agnoscit, & à Camilli victoria lo-
cum nominat Gallos scilicet perse-
quentis. *Vide Liuum lib. 22.*

Extat hodie (inquit Cluverius
lib. 2. p. 616.) in Apennino inter
Sentinum, Fabrianum, Matilicam
& Sigillum oppida, Oppidum vul-
gò, *Busta*, quod plerique notiori vul-
garis linguæ vocabulo, quod latine
valet *sufficit*, seu, *satis est*, *Basta*. Id
ex eo nomine, tum ex situ cognos-
cetur esse vetera illa Busta Gallo-
rum.



COMMII SVPPARVM

CAPVT II.

Commius victus à I. Cæsare, cùm fugeret & naues in siccis littoribus hærerent, pandi nihilominus vela iussit. Quæ cùm persequens eum Cæsar ex longinquo tumen-tia vidisset ratus sibi prospero cursu eripi, recessit.

*Anno V. C. 702. Frontinus
lib. 2. c. 13.*

COMMIVS Atrebas ingenij vir acerrimi, rem Romanam in Gallia manu & consilio strenue promouerat, extrà patriam in Britannia legationibus Cæsaris nomine feliciter obitis. Eò Cæsari carissimus, ab eodem Atrebatum ciuitati cum imperio præpositus est, Morinis etiam huic præfecturæ attribuuis; quibus nimirūm utrisque ius diceret legibus patriis. Maluit tamen

in Cæsarem minus gratus, quam videri in patriam impius, ratus principem iuris Gallici legem esse veram non fucatam patriæ libertatem. Accessit ita comparato animo pudendum nomini Romano facinus, quo per simulationem colloquij emissarius Labieni legati Volusenus per adornatos sicarios Commium illato etiam in caput vulnere conficerere conatus est: Et agebat tum in citeriore Gallia Cæsar cum Romanorum perfidiam Gallicana fide indignam arbitratus Commius, & suos ipse populares, & Gallos plerosque omnes in belli societatem adscriptos tutatus est auspicio suo: tanta quidem animi destinatione ut fusis, victisque partibus, cæteris fœderatorum ducibus, victorem aut vi, aut sponte fecutis, ipse ad Belluvacos, à clade integros, & in Cæsarem priuato gentis nomine armatos, profugerit. Quibus decretorio tandem prælio subactis, alio in orbe Cæsari hostes quæsiturus de

Britannia ineunda cogitauit. Quò fugam explicare conantem impro-
uifus casus excepit. Inſectabatur omni ope profugum Caius Cæſar,
eò infenſior, quò in eum olim pro-
fufior, veteris beneficentiaæ obliuio-
nem, non amorem patriæ, ſed ho-
minis ſingularem perfidiam inter-
pretatus, tantò ſolertia pertimes-
cendam magis prouidebat, quantò
erat acriorem expertus. Ille & in-
genii ſui, cuius apud tyrannum reus
effet, conſcius; & Cæſarianæ men-
tis, fugam enixè occupabat. Etiam inſequente ad Occeani littora
horis aliquot præuerterat, cum præ-
ripi ſibi vitæ, fugæque tutelam vi-
det, deſtitutis in ſicco littore nau-
giis; quod reciprocante ſolemni æſtu
longo interuallo mare deceſſerat.
In re tam importunè lubrica, pro-
ram ab animi ſolertia & puppim
præſentem fecit, vt vela fugæ, vel
in ſicco faceret. Conſensis nauibus
explicari ſollicitè vela maiora, mino-
raque diuerto pede vniuersa iubet;

Obliquat
Iuuo pe-
de carba-
ſa, sum-
maque

quæ in exorrectos sinus expansa
classem effingebant iam in alto fe-
rentibus ventis prosperè nauigan-
tem. Hac specie Cæsarem ludifica-
tus Commius insequendi studium
effregit. Is enim vbi primùm tumen-
tia vento secundo vela procul est
conspicatus, frænos inhibuit, pro-
fugum hostem ventis & mari per-
misit.

pandens
Supparæ
velorum
Peritu-
ras exci-
pitauras.
Lucanus
lib. 5.

DE LITTORALI ET castrensi ludificatione

AD CÆSAREM.

Pellit ineunte castra fumeus turbo,
Euntem in aquor, Cæsarem, Notus pellit.
Natura, Cæsar, forsque faint utrinque
Tellure famos, & capis mari ventos.



SACROVIR ROMANVS.

CAPVT III.

Cùm versaretur in acie Romana
Sacrovir, aperto procedebat
capite ut à Gallis suis
agnosceretur.

Tacitus lib. 3. An. sub Tiberio.

GALLIS suis agnoscendus
aperto capite in Gallici Po-
lyæni castra suo iure ingreditur
Taciti auspiciis Iulius Sacrovir.

Galliarum ciuitates ob magnitu-
dinem æris alieni rebellionem cœp-
tauere: cuius extimulator acerrimus
inter Treueros Iulius Florus; apud
Æduos Iulius Sacrovir. Nobilitas
ambobus, & maiorum bona facta,
eoque Romana ciuitas olim data,
cùm id rarum, nec nisi virtuti pre-
mium esset. Ij secretis colloquiis, fe-
rocissimo quoque adsumpto, aut
quibus ob egestatem, ac metum ex

flagitiis maxima peccandi necessitu-
do, componunt, Florus Belgas,
Sacrotuir propiores Gallos concire.
Igitur per conciliabula & cœtus
seditiosa disserebant, de continua-
tione tributorum, grauitate fœno-
ris, sœvitia ac superbia præsiden-
tium: & discordare militem auditio
Germanici exitio: egregium resu-
mendæ libertati tempus, si ipsi flo-
rentes, quām inops Italia, quām
imbellis urbana plebes, nihil vali-
dum in exercitibus, nisi quod exter-
num, cogitarent. Haud fermè vlla
ciuitas intacta se minibus eius motus
fuit. Sed erupere primi Andecaui,
ac Turonij. Quorum Andecauos
Acilius Auiola legatus excitâ co-
horte, quæ Lugduni præsidium agi-
tabat coercuit. Turonij legionâ rio
milite, quem Visellius Varro infe-
rioris Germaniæ legatus miserat,
oppressi, eodem Auiolâ duce, &
quibusdam Galliarum primoribus,
qui tulere auxilium, quo dissimula-
rent defectionem, magisque in tem-

pore efferrent. Spectatus & Sacrovir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ , ut ferebat , virtutis. Sed captiui , ne incesseretur telis , agnoscendum se præbuisse , arguebant. Consultus super eo Tiberius aspernatus est indicium , aluitque dubitatione bellum.

SACROVIR HEDVVS.

CAPVT IIII.

*Idem cum aperte defecit à Romanis
Augustodunum occupauit, ubi prin-
cipum Galliæ virorum liberi insi-
tuebantur, quos sibi pignori
futuros cepit.*

IL LA in Romanorum castris, hæc in suis egit Sacrovir. Et ut in illis apertum amoris pignus gallicanum vultum esse voluit ; Ita in his principum Galliæ populorum pignora cepit. Tacitus ibidem. Apud Æduos maior moles exorta, quanto ciuitas opulentior, & com-

primendis ijs procul præsidij. Augustodunum caput gentis armatis cohortibus, *sacrouir occupauerat*, nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operatam, ut eo pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. Simul arma occulte fabricata iuentuti dispersit. Quadraginta milia fuere, quinta sui parte legionariis armis, cæteti cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt. Adduntur è seruitiis gladiatrices destinati, quibus more gentico, continuum ferri tegimen (cruelarios vocant) inferendis etibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ vicinarum ciuitatum ut nondum aperta consentione. Ita viritim promptis studiis, & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur; utroque bellum sibi poscente, *Tandem partium clade*. Sacrouir primò Augustodunum, dein metu ditionis, in villam propinquam cum fidissimis pergit. Illic suâ manu, reliqui

1.8 Polyæni Gallici,
mutuis ictibus occidere. Incensa su-
per villa omnes cremauit.

C Y M B A
A V E N I O N E N S I S.
C A P V T . V .

Laceris & malè compa ctis cymbis
ad littus relictis , hostem Mom-
molus simulatâ fugâ inducit
in fraudem.

*Greg. Turon. Hist. lib. 6.
c. 26. & alij.*

SÆC V L I à Christo nato sex-
ti , anno octogesimo tertio , in
partes tres etiam tum diuisa Franci-
ca res , Principum quoque animos
plurifariam diuidebat. Suessionibus
regnabat Chilpericus ; Burgundio-
nibus Guntramnus ; Childebertus
Austrasiis. Ad hunc Mommolus re-
gni Burgundici Patricius , quæ su-
prema erat à regiâ dignitas ; à Gun-
tramno, incertum quo consilio, aut

causâ, defecit: at defectionis certa
pignora, Massiliam, Auenionemque
tradidit. Guntramnus ad has Bur-
gundicæ ditionis principes vrbes de-
perfido recipiendas, numeroſo exer-
citui Bossonem præfecit, virum &
manu strenuum, & expediti consilij.
Cuius tamen folertia dolo elusit
Mommolus. Sub ipsum hostilium
copiarum aduentum, ad utramque
Rhodani ripam plura comparauit
nauigia, in speciem quidem oppor-
tuna traiectioni, intuta tamen, com-
missis malignè tabulatis. Hæc primo
Bossonis incurſu simulatâ fugâ de-
ferit Mommolus, & insultanti hosti
trepidus obiicit. Itum ex tēpore ca-
teruatim in cymbas vltioris amore
ripæ. Verùm ubi medium in alueum
deuenere, ut est rapidi & incitati ad-
modum vorticis Rhodanus; pleræq;
omnes solutis compagibus dissipatae
sunt; hauſtis aliæ fluctibus: exhaustæ
fluctibus aliæ: vectores absorpti ma-
gno numero. Sparsum indè longius
secundo flumine naufragiū ingentes

140 *Polyæni Gallici*,
animos Auenionensibus fecit. Ad-
mouit tamen ad urbem reliquias co-
pias Bosso; at conatus omnes hosti-
les nouis semper artibus ludificauit
Mommolus, & oppidum tutatus est.

CLADES CÆSPITITIA.

CAPVT VI.

Conanus Brito prætendit castris
frequentes fossas, quas fron-
dibus & cæspite
obtegit.

*An. Chr. 992. Iunij 25. Argentraus
l. 4. c. 17. Hist. Brit.*

SVBLATIS de medio per ne-
farium parricidium Hoëllo &
Guerechio æmulis, Nannetensium
ciuitatem & arcem, vñà cum Ducis
nomine in Britanniam Aremori-
cam vniuersam usurpauit Conanus
Redonum comes. Ad huius infrin-
gendarum potentiam Fulco Ande-
gauensium Princeps, Indicaëlem

Hoëlli filium omni ope conabatur
in auita bona reponere. Quare con-
tractis Bitonum partim , partim
Andegauorum suorum copiis , ad
Nannetes castris locum capit , op-
pidum arcemque obseßurus. Et
iam protracta in mensem obsidio,
moræ tantundem fecerat, quantūm
satis esset ad opem obseſſis feren-
dam, conflato euocatorum exercitu.
Instat ergo armatus hostis aut præ-
lio decertandum , aut decedendum
loco. Vtrisque pugnæ auidis & dies
& locus præstituitur in vastis Nan-
netum campis , & latè exporrecta
planicie. Eò pridiè numerosam suo-
rum manum induxit Conanus , &
quod arte potius quam virtute mili-
tū de generoso hoste victoriam ex-
pectaret, ferro prius in terram quam
in hostem experiri certus : lacunas
effodi frequentes & in altam vor-
ginem agi iubet, tum fossam ingen-
tem duci prætendique , quam latè
castris in posterum diem campos
animo præceperat. Has singulas ac-

curatè lacunas fossasque ligneis cra-
tibus & cæspite & frondibus obte-
gi mandat. Postridiè in condictum
locum eductæ ex aduerso Andeca-
uorum copiæ, antequam in aciem
describerentur, in militarem con-
cionem coiêre. Adduci in castra
Hoëlli filium impuberem Fulco cu-
rauerat. Hunc sinu cubitisque com-
plexus suis, Britonibusque ostentare
subditorum socrorumque fidem ob-
testari, immanitatem Conani &
animi impotentiam pluribus impe-
tere, Pupilli principis imbellem
ætatem commendare. Vnum deni-
que se ei bello lubentissimè quo quis
periculo præfuturum, in quo con-
staret ius æquitatemque Britonibus
probari; improbari Andecauis cru-
delitatem, utrisque tyrannidem
odio, amori esse principum digni-
tatem. Incensis ad rem gerendam
hac oratione animis; aciem in or-
dinem dirigit, & quia camporum
æquabilitas commoda equitatui
quo præpollebat, videbatur turmas

equestres in fronte collocat, & ini-
ri ab iisdem pugnam iubet. Fraud
enimverò fuit animos priore ora-
tione incendisse. Vix enim signo da-
to admissi in cursū equi cùm equi-
tibus in prætentas castris hostilibus
& acie toti voragini devolvuntur.
Nec verò inhiberi potuit incitatus
semel equorū cursus aliis alios den-
satis ordinibus vltrà prudentibus. Ho-
stes intereà nota inter fossas diuerti-
cula obsidere, equites in lacunarum
oras nitentes sagittis conficere, pon-
dere armaturæ grauis hærentes eli-
sis, confossisq; equis è loco superiore
frequentes opprimere. Saluti fuit
Andegauis in plures turmas equita-
tum descripsisse, nec vnā omnes
equitum copias æquatâ fronte in
hostem admisisse. Turmis enim sin-
gulis posterioribus præfecti, ordines
quisque suos subsistere quamquam
ægrè admodùm coëgère, dum inter
media conficiuntur spatia; absque
eo fuisset, futura clades erat etiam
fœdior, quam quæ Gallicæ militiæ

An.Chr. florem in Curtracensem fossam tan-
 1320. to deindè post tempore involvit.
 20.Mar-
 ej. Hic in præsenti consilio equos susti-
 nuit, Andegavus explorato per pe-
 ditem tutiore aditu in hostes irrupit
 & mali doli auctorem militari arte
 & fortitudine excepit, fuso, fugato-
 que hostili exercitu, & cæso duce,
 auita dignitas puero Indicaëli af-
 ferta.

*Nouennis erat Indicaël cum pugna-
 tum est, quamuis alij in cunis adhuc
 lacientem exhibent. Hoëllius eius pa-
 ter casus est anno 983. pugna conti-
 git 992. Natus igitur erat annos sal-
 tem nouem: nisi prægnante uxore diem
 obiisse dicatur Hoëllius, quod historici
 non tradunt.*



FERCVLA
ANTIOCHENA
CAPVT VII.

Boëmondus vt inspectores hostium
à castris Christianorum abigeret,
captiuorum corpora elixa partim,
partim affa palam proposuit, &
in cœnam parari dixit.

An. X. 1098. *Gnil. T̄rius*

lib. 4. c. 23.

C O N F L V E N T I B V S in
Antiochena Francorum ca-
stra Christiani nominis plerisque
omnibus ad orientem nationibus,
pronum erat hostibus earundem
cultu & linguâ de suis exploratores
submittere. Horum certè tantus erat
in castris numerus, vt vel ipsa san-
ctiora de re militari consilia, non
dum satis inter ipsos adeò principes
explorata, ad hostes illicò perferren-
tur. Nec verò videtur è re Chri-

Vide
Caluas
Antio-
chenas.

stiana copias illas auxiliares & fidej
& sacramenti eiusdem à communī
& nomine & causa excludere. Qua-
re cum ea de re sāpius in principum
cōetu referretur, neque certa satis
constaret sententia, Boēmondus
Tarentinorum Regulus, *præsto*, in-
quit, *ego huic me rei modum facturum*
aliquem, & malo medelam. Mox ab-
soluto consilio, in castra sua redux,
iam inclinante in vesperam sole,
captiuos aliquot hostes ab ergastu-
lo producit, traditque tortoribus
propalām iugulandos, ut in captiuo
corpore & barbaro dirum quidem,
sed opportunum tamen consilium
explicaret. Iubet ergo cæsorum cor-
pora alia membratim secta, integra
alia, partim verubus transfixa tor-
reri publicè de more castrensi ad
ignes, partim ahenis feruentibus ex-
coqui; stupentis verò rei nouitate &
ad eam Castrorum partem specta-
culi insolentia excitos magno nu-
mero, moneri sanctè ac seuerè man-
dat, parari cœnam hanc Boēmundo

& suis: ita in principum postremo
comitio conuenisse, ut ea in poste-
rum de exploratoribus sumerentur
pœnæ, ut qui principum consilia
tam curiosè rimari obseruareq; sole-
rent, ipsa eorundem pectoris arca-
na exploraturi subirent. Valuit ad
terrorem barbara feritas, & cœnæ
odore ac fumo exacti lemures, mi-
nori deinceps numero infesti esse
cœperunt.



FVGA FVGANS.

CAPVT VIII.

Ludouicus Crassus ut fugam suorum
inhiberet, misit qui Regis nomi-
ne vetaret tam longo circuitu
hostem circumuenire, & certum
in locum deduceret. Hostis non
fugam: sed artem ratus victoria
abstinuit.

*An. Chr. 1118. Lud. Crasso Henrico IO.
Angl. Rb. ex Chronicis Franc.
et Gaguino.*

LUDOVICVM sextum Crassi
cognomine in Normanniam
induxit armatâ manu Henrici pri-
mi Anglorum Regis perfidia, & im-
manitas. Abduxerat is in Angliam
captiuum fratrem Normanniæ du-
cem Robertum, & occupatâ per
fraudem ac nefarij scelus frater-
nâ ditione, clientelaris fidei Sacra-
menta violauerat. Ludouicus & iu-

ris Francici , & capti principis vindex , Roberti filio Guilhelmo , ritè Normanniæ ducatum tradit. Atque ut ne vacuum benefici ac pij nomen aucupari videretur , magnam paternæ ditionis partem nouo hæredi armis asseruit. Reliquam dum tentat in Anglorum Normanno- rumque rebellium Copias incurrit. Non tulit Franciæ alacritas viatori Regi moras innecti. Vix in mutuum conspectum vterque venerat exercitus cùm præ feruido cursu effusus Francorum equitatus in aciem hostilem, multò antè , inquis equitati locis descriptam , neque densatos cuneos inter angustias perfringere, neque telorum multitudinem, diu tolerare potuit. Hinc primùm hærere , neque arma satis , neque consilium expedire ; neque retrò habenas flectere & iam in effusam fugam paratus, dispalari. Ludouicus imperio fugam texit, ut ne sui se viatores arbitrati , vinci sustinerent; at inuictus hostis de victoria dubi-

taret. Mittit è suo agmine principes viros, qui palantes ad signa reuocent, & tam longo circuitu scilicet hostes circumuenire Regis nomine vetent: iubent certum ad locum gressum reuocare, quò suos Ludouicus reduceret: Illinc opportuniùs in hostem ducturus. Ipse interea Ludouicus quadrato agmine & militari gressu, Illusit hosti propè viatori. Occupatum dici ab aliis nationibus factum facilè patiar, quòd insolentiâ fugæ artem fœnerandi timoris Gallia non nōrit, hostes fugare non fugere solita.

AFRICANA VORAGO.

CAPVT IX.

Impelluntur à Gallis Tunetani in occultas fossas, quas nostris comparauerant.

An. Chr. 1270. Philippi tertij.

EXEMPTO ex mortalibus immortalis famæ viro Ludouico

vide
cladem
cespiti-
tiam.

nono, ad ipsa Tunetena castra barbarus hostis noua Philippi auspicia crebris iusultibus sollicitabat; cum appulsus Andegauensis Carolus Siciliæ Rex coniunctis cum Philippo copiis victoriæ consortium occupauit. Antecep erat nocturnis statu is subiectos Gallicis castris campos, Tunetanus, ut postridiè nimirūm nostros non tam in prælium, quām in fraudem eliceret. Noctu per calones, lixasque & infinitam fosorum multitudinem, ad alterum castrorum latus præaltas fossas, & latè diducto hiatu porrigit in plura stadia. Has gracilibus longuriis partim in utramque oram pertinentibus, partim exilis columellæ suffulatis, ramorum, terræque aggestu solerter excæcat, & in aliquam perpetuæ planicie speciem exæquat. Nocturno labore diurnum pretium quæsiturus barbarus, primâ statim luce aciem instruit, pugnæ copiam facit. Non potuit non esse præsentissimum ad pugnam illicium, &

audaculus hostis & locus equitabilis Gallico militi, pugnæ per se cupidus, & equestris gloriæ amantissimo, inhibuit tamen gestientem impetum dux uterque Philippus & Carolus, cognito per exploratores dolo: hic suorum priorem turmam ita in hostes admittit, ut iubeat vix consertis primâ impressione manibus, retrò sensim cedere & armatā tamen manu pedem referre. Quod animo præceperat Carolus, euenit usu: hostis fugam interpretatus, solutis ordinibus in Gallos effusus est; at Philippus laxatos è latere ordines aggressus, delectâ equitum turmâ disiecit facile, dissipauitq; ac toties palantes circumegit ut reuocatis in frontem Caroli copiis cum utrumque latè cæderentur, nec sui nec armorū compotes abiectis animis, armisque parati hostibus dolimmemores, quod agebant omni ope Galli, ipsas in voragines acti plerique omnes, in præfixos imis fossis palos, inducti, & suorum par-

Syntagma secundum. 153
tim numero ingruentium, partim
nostrorum telis, obruti sint.

IN VORAGINEM Africanam.

*Iam monstrosis operata nonis dabit Africa nomen,
quoreis maior tertia Syrtis erit.*

CLYPEVS FRANCICVS.

CAPVT X.

Galli descriptâ acie pugnaturi prior
res suorum ordines ingentibus
clipeis protegunt, & sic irrita
hostium priori iaculatione
in hostes irrumpunt.

*Froissartes Vol. I. c. 172. an. Chr. 1357.
circa Martinilia.*

CAPTO ab Anglis Ioanne
Rege funestâ illâ ad Pictauos
pugnâ, Gothofredus Haricurius co-
mitis frater, extorris, Anglici &
Nauarrae nominis copias infestis ex-
cursibus effundebat, in fines Con-

Froiss.
c. 115.

stantiensium & Cadomensium. In
 eum delectum habuit Rudolphus
 Raoüilde Rameual
 le païs de Con-
 stantin. Rameualius, & ordines eduxit in
 tractum Constantiensem, quem po-
 pulationibus vexabat Haricurius
 septingentorum præter propter mi-
 litum exercitu. In conspectum mu-
 tuum vbi deuentum, sagittarios uni-
 uersos in fronte locat Haricurius
 fretus numero suorum, & specie ho-
 stilis exercitus, qui leuis armaturæ
 militiam omnibus peditum, equi-
 tumque ordinibus præferre videba-
 tur. Rameualius tamen solerti sanè
 consilio scutorum ingentem nume-
 rum, & quidem veteri penè nostra-
 tium more oblongorum in priores
 ordines militum singulis diriberi iu-
 bet; qui Romanæ & auitæ quoque
 testudinis in morem primos impe-
 tus, & infinitam planè sagittarum
 eiaculationem (vt erant ea ætate
 & superioribus aliquot sæculis sa-
 gittandi arte celebres Angli) elu-
 sere prorsus incolument. Tum de-
 mūm verò iaculari Franci & suas

Galli
 perdu-
 mos de
 scutis &
 prote&i
 corpora
 longis.
 Virgil.
 lib. 8. vi-
 de Pau-
 saniam
 iu Foci-
 cis.

& sparsas nullo numero passim hostiles sagittas retorquere, equites confixis equis proturbare; pedites immensa strage conficere: vniuersas denique copias leui discrimine cædere. Haricenius ipse cum suorum aliquot intrâ vineta tantisper impetum nostrorum moratus est, donec aditu deprehenso ab equitum nostrorum duobus, hastis uno simul impetu confossus cecidit.

VICTRIX PRÆDA.

CAPUT XI.

Franci cùm modicas Anglorum copias fortè obuias collatis signis deuicissent, vbi casu recentes superuenere hostium copiæ; ne numero obruerentur, apud captiuos vltrò ditione factâ, vim ingruentium elusere.

Froissartes vol. 1. c. 277. sub Carolo 5.

R Anno Cbr. 1371. K. Iun.

NVSQVAM opinor incertiori alcâ Mars lufit, quâm

156 *Polyæni Gallici*,
cum Carolo Rege huius nominis
quinto, pugnatum est ad vigennam
Francos inter & Anglos. Vix erat à
Carolo indictum Principi Vuallio-
rum & Aquitanorum Bellum, cum
crebris hinc & indè certari cœpit
incursionibus. Franci duce Ludouico
Saniuliano fanum Sauini cepe-
rant; vnde frequentibus populatio-
nibus Pictonas incurvabant. Ad
hanc inuadendam arcem fortè pri-
diè Kalendas Ianuarias, Ioannes
Chandosius qui iam Pictonum tra-
ctum Prætor administrabat, vir in-
ter Anglos heroici nominis, intem-
pestâ nocte equites trecentos addu-
xerat; quorum partem præcipuam
sub muros intrâ vallum pedestri ag-
gressione à scalis frequentibus para-
tos admouit. Et erant iam ad mœ-
nia affixæ scalæ, nemine uno vigi-
lum sentiente, nedium arma mouen-
te; nisi repentinus omnino casus ho-
stis impressioni iam paratæ interces-
cisset. Cailetus ~~anim~~ Brito cum
equitibus Francici fœderis quadra-

L'Ab-
baye de
St. Sau-
uin.

Chandos.

ginta, ipso illo rerum articulo, ad aduersam è regione murorum partem appulsus custodiam excitat, iubetque Buccina Saniuliani milites ad procinetum vocare. Chandoſius infidias deprehensas interpretatus, suos, quamquam ægrè sibi que propemodum succensus Cauuiniacum proximum in oppidum subduxit, dimisitque in tempus opportuniā, Pi-
etonicæ nobilitatis & Rupellani
Frætoris Thomæ Persyi copias; ip-
ſe Cauuiniaci subsedit, dum senes-
cente iam nocte admonitus Saniu-
lianum & Cailetum in armis esse,
aduerso vigenna iter instituit: orâ
nimirūm eadem, quâ Franci qua-
tuor aut paulò pluribus milliaribus
antegressi procedebant Lussacum
versus vbi ponte vigenna iungitur.
Ij porrò sub auroram à Persyo &
Rupellanis aduersam ripam legen-
tibus detecti, in occupando ponte
sunt anteuersi. Hic verò viim parante
Franco nouus Mars quasi è ma-
china certæ cladi Anglorum illam

Thomæ;
Persy.

Vienne
F. pont
de Luf-
fac.

158 *Polyani Gallici*,
turmam substraxit. Ecce tibi ex im-
prouiso iam succinctis ad prælium
Francis superuenit cum suis Chando-
diosius & ab aggrediendi studio in
sui tutelam Francos conuertit. Quo-
rum erat salus deposita, nî fauisset
regionis natura. Ora enim vigennæ
eo loci crebris prætexta iugis Per-
fyanorum oculis & Chandosianos
suos, & Francos hostes submouit,
& in eam mentem impulit quâ sui
potiundi spe deiectos hostes aliò di-
uertisse rati, consulere cœperunt in-
frequentiaæ suæ. Illis fugâ dilapsis
cruento prælio cum Chandosianis
pugnatum est. Chandosius ipse re-
motis, vt Franci, equis pedestrem
pugnam aggressus, lubrica propter
anni roridam tempestatem via, &
talaris sagi laciniâ implicitus cum
fallente vestigio nutare cœpisset, à
Iacobo Sammartino Franco lethale
vulnus accepit. Nutantem enim
circumuenit Iacobus, & pede cele-
ri in sinistrum latus exiliens (quòd
erat sinistro cassus oculo Chando-

sius) improviso i^tcu genas occupauit, adactumque ferrum, nasum inter & oculi cauum in cerebrum impedit: quo ex vulnere in primum corpus abiectus Chandosius etiam lethaliis sibi ipse cerebrum confixit hærente contumaciter ferro. Huius casu primūm asperata pugna, deinde nata Francis victoria hostium deditio. Franci victores, quod in hostico versarentur maturè de reditu gestā benē re cogitare, equos poscere, quos pugnatū calonibus commiserant; at hi cum primūm Chandosij turma in prospectum venit, Francos inter Persyanum & Chandosianum interceptos agmen vtrisque impares arbitrati equestrem ipsi fugam inierant. Poterant quidem victoribus captiuorum equi subsidio esse; verū & ipsi cæso Chandosio ab Anglicis caculis abducti longius equi extrā conspectum, mira consternatione Francos affecere. Quidquid victores licet, pedestri oratione longum iter per

hostiles agros tutò instituere non possent. Incertos consilij grauior etiam casus mirè perculit. Tertia enim Anglorum turma equitum Piætonum ad ducentos non opinantibus obiecta est. Franci & pugnando vincendoque fessi, & numero longè impares, arte victoriam fœnerandam esse putauerunt. Suis vñusquisque captiuis se captiuum addixit, & obnoxium professus pretij gratiam fecit, dum facerent ipsi. Sic elusus est Anglo-Piætonum conatus. Captiuos suos Chandoianis tutantibus. Quos paulò deindè post honorificè domum, liberos, & ut decebat à pretio immunes remisere.



COPIÆ AREMORICÆ.

CAPVT XII.

Monfortius multiplici arte paucorum equitum alam Galliâ tota
incolumem dicit, speciem
vbique præbens nume-
rosi exercitus.

*Anno Chr. 1373. Carolo V. Rege
ex Argentrao Hist. Brit.*

IOANNES Monfortius Angli-
carum partium vir, non ideo de-
sūt Gallicæ originis, quod Britan-
niæ minoris Regulus, maioris auxi-
liis, Galliæ infestus, vtramque mi-
norem Francorum armis expertus
est. Is ergo vel inuitus in ius cedit
Polyæni Galici, & imperatoriam
artem quamquam in Gallos ex-
promptam Gallicam fecit. Dele-
ctum cius causa Eduardus habue-
rat ingentium copiarum; his Lan-
clastrium filium & Monfortium ip-

sum præfecerat duces. Ita bifariam diducto exercitu, alteram Monfortius, Lanclastrius alteram regebat aciem. Verū ut erat Lanclastrius soridè præparcus alteris ferè in Gallia castris, exigere cœpit ex Monfortio medium scilicet stipendiorum parte in, aut secùs imperio abstinere, iussit; frustra contendente in bellicos apparatus & delectus habendos, non tam suæ quām Anglicæ dignitatis asserendæ gratiâ rem Britannicam exhaustam esse. Reditus ad domesticum centum Monfortius vix sexaginta equitum alam sub signis habuit. Tantula tamen hæc Britonum Gallorum turma, totam penè Galliam incolmis peruersit. Antecedebat altero dumtaxat tertiove milliari Lanclastrij exercitum, & quasi præcursorias ageret copias, stativa priora suis occupabat. Hac arte sæpius illusit nostrorum oculis. Carolus quippè sapiens populatori Lanclastro non iustum quidem exercitum obiecit; sed mo-

dicis suorum copiis frontem modò,
modò latera, postremamve aciem,
aut latius euagantes frumentato-
rum cohortes atterere omni ope
satagebat. Hinc præsentissimi peri-
culi aleam crebrò subiēre Monfor-
tiani. Illa omnium periculosissima
traditur, cum longius solito à Lan-
clastrio progressus, siue properandi
studio, siue suorum cursum malignè
moderante Anglo, iam penè in no-
strorum retia deuenerat, nisi præsen-
ti animo atque consilio Anglicani
totius exercitus faciem, aut frontem
certè & priorem quasi aciem, ex
modicâ manu suorum effinxisset.
Regio erat crebris hinc inde vallata
iugis, & proximam vallem, quā ne-
cessariò ducendum erat, præcepe-
rant hostiles copiæ. Monfortius in
seus decurias equites suos descri-
bit, totidem insidere tumulos man-
dat, nec deerant ex priore, quam
iusto numero ducebant, acie milita-
ria signa complura: ijs in decuriones
distributis, suos vnde cunque in iu-

164 *Polyani Gallici*;
gorum vertices eniti iubet, & sub-
iectæ vallis conspectum vnà simul
aucupari. Ipse imperiis in speciem
variis hostium oculos distinete; ni-
hil non oculis, ore, manuque & in-
citato hâc, illâcque decursu agere,
quò ingentes equitum, peditumque
kopias in aciem cogentem impera-
torem expromeret. Vicit denique
abscessu hostium, quia figmento
proximum est vinci Francos.

POLLICIS INDEX

CAPVT XIII.

Alençonij Dux cùm certos nuntios
ad Anglum mitteret, iubebat ex
compacto pollicem complecti il-
lius ad quem mitterentur: qui ali-
ter nuntia deferrent in specie tan-
tum fallēdo hosti missos volebat.

Gaguinus lib. 10. in Carolo VII.

LEVE quidem istud in speciem
Ioannis Alenconij ducis com-
mentum; sed in bellicam rem non

inutile. Succensebat is Gallicæ
quieti quam diuturnam polliceban-
tur Caroli septimi victoriæ. Vere-
batur impius ciuis Galliam vniuer-
sam Anglis toto regno deturbatis
breui togatam fore. Nec eo se po-
titurum loco qui gladiatoriis dece-
ret spiritus. Maturato proindè opus
esse induxerat, dum recentibus ad-
huc victoriis asperæ res essent. Non
defuturos armorum consortes, qui-
bus in bellicis deprædationibus om-
nis collocata est vitæ opportunitas:
horum numerum diuturna bella
excipere amplissimum. Quos ani-
mos & præceptam rerum nouarum
spem per internuntios Anglo edis-
serit, Mons imprimis ad hæc con-
silia obiectam videri maximè Nor-
manniam: eò priores impetus ex-
promendos: castra se & munitissi-
mas arces, & quod caput rei geren-
dæ videretur, populos in partes fa-
cilè adducturum. Vbi perfido fi-
dem Anglus in nefarium bellum
dedit, Alenconius occultandæ con-

166 *Polyeni Gallici;*
iurationis, hac arte viam aperuit;
voluit, qui de communi re, vel litteras,
vel verba reddituri essent, dextrum
prius pollicem, eius comprehendenderent, cui deferrentur; quæ se-
cùs promouerent, indicta fore: sic
in iudicem pollex immutatus. Ve-
rùm excidit de pollice & indice &
totâ manu consilium; **A**lenconius
enim apud Carolum perduellionis
peractus reus, & singulari principis
clementiâ post damnationem pœ-
næ subductus; patriæ iterum & fi-
dem & manus dedit.

*Coniurata cohors digitum vix conserit vincere
Et bene tutam uno credidit vngue fidem.
Instabilis tamen est, nam cum certare parabit
Cum proprio totas conseret hoste manus.*



CALCEI GENVENSES.

CAPVT X I I I I.

Nuntius ab hoste missus & interceptus, supplantatur simulatā à speculatoribus consiliorum societate.

In i^o seculi decimi quinti à Christo nato post annum 1408. Bocicauio Genuam administrante sub Carolo sexto Rege auctor L. de vita & rebus gestis. L. Maingry Boucicautij c. posir. part.

PRIMI Mediolanensium du-
cis Filuis Nothus Gabriel Ma-
ria, de Pisarum principatu à suis de-
iectus; ius mālē tutum, certo pre-
tio Florentinis addixit. Mox ad fra-
tres Mediolanum regressus infami
perfidia vrbis arcem occupauit; à
qua tamen deturbatus Alexandriam
insubriæ vrbem desultoriæ vitæ se-
dem, apud insignem graffatorem
Francicæ rei perinensum Facinum
Kanum,delegit, Donec Facinicon-

Alexan-
drie de
la Paillie,

Facin.
Kan.

siliis fœta in Æmulum simultate in gratiam rediit cum Genuensibus & Bocicantio ; & publicæ dein fidei præsidio Genuæ subsedit , per speciem exigendi à Florentinis residua æris aliqua capita. Has inter moras tantum valuit hominis yafri calliditas, ut cœpia etiam data sit, equites ex Hetruria in Insubres transmittendi, per urbem ipsam , octingentos. Spe tam illustri fretus diem præstuit Facino, urbis inuadendæ. Admoturus erat hic per Liguriæ tenua urbi imminentia pedites ter mille, aliâ viâ equitum duo millia. Vox una omnium mœnibus succedentium futura erat, quâ Gibellinis bene precati , auxiliaria arma pollicerentur ; & erant ad hanc nominis societatem tentati Gibellinorum Genuensium animi, iam tum à Gabriele intrà urbem ; extrà rebelles non exiguo numero castrum inuaserant Cromolinum Thoma Malaspino duce ; cuius stupore in suspicionem venit coniuratio. Hic enim in obsi-

in obsidione Cromolinensi cum
Genuensis quidam Ciuis væcō-
dem perfidiam exprobaret; & breui
ad geminas Genuenses ducendum
diceret, ira excandescens Thomas.
Imò, inquit, spondeo ego breui me
Genuæ spectaculo fore; sed rerum
potientem, atque adeò *Angelo duce*
Mariam Gabrielem interpretatus
ciuis ambages sententiaz ad Boci-
cautium & senatum detulit ad quos
nouæ in dies suspiciones affereban-
tur. Quare descripti sunt Bocicautij
iussu circà yrbum ad aliquot millia-
ria, conscio nemine, præter authores
consilij, frequentes ipeculatores qui
tabellarijs videlicet incubarent. Ex
ijs vnum Genua à Gabriele ad Faci-
num missus per ardua & inuia mon-
tium irrepens in speculatores duos
incidit, qui dolo tempestiuo vñi,
stricto ense hominem incesslunt. Ex
cultu ipso corporis, vt interpretari
placebat; Bocicautij partibus addi-
ctum questi, à quæ se factos extor-
res à patria dicorent, hic mortem de-

Polyæni Gallici,
precaturus tabellarius, arcana cma-
nia profiteri, misum se dicere ad Ra-
num Facinum, vel teste epistolâ,
quam insutam calcei soleis deferret;
posse illos in consortium tei geren-
dæ, & vrbis potiundæ venire. Disse-
rentem liberali pollicitatione pro-
secuti speculatores, per nota diuor-
tia Genuam reduxere. Cuius inclu-
stabilis testimonio Gabriel manus
primò dedit, mox deindè ferro
ceruices.

Anæas in factico commentario
vult literas has soleis credi tabella-
rio inscio. In prefecturi (*inquit ex*
interpretatione Iſ. Caf.) tabellarij fo-
lium calceorum indatur epistola at-
que consuatur, *ipso inscio*. Ut autem
nihil scriptis noceant, neque lutum,
neque aquæ scribatur in candido
plumbo, quod malleo ad magnam
tenuitatem fuerit ductum, ne litte-
ræ aquis deleantur. Vbi tabellarius
quò oportebat perueniebat, ipso no-
ctu quiescente, soluat hospes futu-
ras calceamentorum, postquam lit-

teras exemerit, legerit, alia clām
scipserit, ipso adhuc dormiente; po-
stremò infuerit, hominem dimittat,
exaratis litteris aliis, quas dabit ei
palām ferendas, cap. 31.

OVIDIUS.

Scilicet obstat custos ne scribere posset.

Seruus feret &c.

Cum possit sole a hartas celare ligatas,
Et matto blandas sub pede ferre notas.

HERVÆI AVRA.

CAPUT XV.

Cum iaculatus esset hostis incensos
malleolos in nauem, quā Hervæus
vehebatur; hanc ille circumia-
clam obuertit vento, & incendit
hostiles ferris vncis detentas.

An. Chr. 1513. 10. Aug. Lud. 12. Rege
Gall. Henr. 8. Brit. Argentæus lib. 13.
c. 66. Paulus Iouianus tit. 1. l. 11. p. 99.
Mem. Bellay lib. 1. p. 4 Germanus Brixius
in Heruæo seu Cordigera flagrante 19-
mo 10. Poetarum Gallorum p. 753.

IVLIO Pontifici, Veneto, His-
pano, Germano que in Ludoui-
cum duodecimum foederatis, ac-

cessit veteri & aucto ex more Anglo-britannus. Is ingēti classe Oceanii Gallici oram infestis excursionibus deprædabatur, cùm Praianes è Massiliensi prouinciâ Nauarchus peritissimus superato Gaditano frēto ausus est Ludouici iussu & auspicis triremes in Oceanum induce-re. Salutari sanè consilio, quod est in hoc septimum decimum sēcu-lum Rupellensi bello feliciter pro-pagatum. Triremes enim cum tran-quillo mari, ponerent venti, remis incitatæ grauiora Anglorum nauia, quasi in vado hærentia variis identidem cladibus atterebant. Quoties verò secundis ventorum flatibus præsentior aura classi Britanicæ adspirasset, Hervæus Primoguetus Brito constratas naues in hostem promouebat. Hinc remis ve-lisque sæpius accisus hostis nauium numerum frustra iactauit. Congres-fus omnium acerrimus ad Vida-num Gallicæ Britaniæ portum fuit; vicinas admodum naues in

Octoginta Britannicas agente Hervæo. Regebat ipse insolitæ magnitudinis nauigium, quo in Anglorum classem admissò latè disjecta est prima acies, demersis etiam hostilium nauium non paucis Anglus in vna Hervæi naue Gallicæ rei fortunam velificari ratus; aliarum singulas singulis oppugnat, vnam hanc reliquis omnibus circumcidet. Hervæus contra in Prætoriam illatus à desultoriâ pugnâ ad statariam hostem reuocauit: iniectis enim ferreis vncis, cominus experiendi sibi copiam fecit. Quo genere certaminis quia bellicum robur primas partes obtinet, probauit abundè Gallicæ fortitudini parem nullum numerum esse. Iam plures ab Hervæanâ in hostis prætoriam transcenderant, & cæsum prætorem sparserant in fluctus. Cùm ecce de summo carcilio in Gallicam nauem ardentes malleolos multo sulphure & pice illitos, ex improviso iaculatur hostis. Nec conceptus celeriter ignis

La Cor.
de liere.

vlla arte poterat à tabulatis arceri; quod aduerso flatu ventus ingrueret. Incendij ergo compescendi spes deposita, incendendæ prætoriæ spem excitauit. Obverti proram illicò mandat Hervæus, & circumduci tanti per nauigium, dum prosperris auris reflat in hostes ventus: hinc sparsum latè in prætoriam incendium; & illatâ etiam per classiarioris materiâ, grassata est in auctorem pestis. Vtraque tandem absumpcta est nauis incendio, & tertia item, quæ superetas incensæ prætoriæ il-latur a, in cladis consortium venit. Ipse Hervæus superiori de mali specula, & classis utriusque stuporem, & commune incendium contemplatus, permanante iam proprius igne, in aquas desiluit; at graui armorum pondere obrutus fluctibus cessit.

H E R V A E V S I N T E R
Flammas mergitur.

*Mersus in æquoreas Hervaeus ab ignibus undas
Et Iouis, & magni munia Martis obit.
Sic tonat inter aquas & fuligura Iuppiter, undis
Sic sua Threicius temperat æra Deus.*

Narrat Procopius, Belisarium in Africam nauigantem Panormitanos in Sicilia Gothos ex itinere aggressum esse, & ad imperata facienda coegerisse obsidione, in qua mirificè valuit noua forma pugnandi, cum de summis malis lembos appendit plenos sagittariorum. Ita immisis in portum nauibus sagittarij ex æquo aut superiori loco; praefidiarios pro pinnis curantes, confere insolentiâ rei perterritos. lib. 1. Hist. Goth. vide Timotheum apud Polyænum lib. 3.



MARCIANA CASTRA.

CAPVT XVI.

Robertus Marcianus modicis copiis
ingentis exercitus speciem pre-
tulit, & Bullionum
recepit.

*An. Chr. 1552. Henr. II. Rege. ex
Thuano L. 10 t. 1. p. 283.*

Robert
de la
Març
Sieur de
Sedan.

RE D V X ab Germanica expe-
ditione Henricus eo nomine
secundus, præcipuas quasque Lu-
xemburgensis agri arces, vrbesque
Galico nomini restituit. Cuius vi-
ctoriis opportunè usus Robertus
Marcianus, apud Regem enixè con-
tendit partem sibi aliquam regia-
rum copiarum attribueret quibus
auitæ ditionis oppidum in vicino si-
tum Bullionum, à quo iam ante an-
nos triginta deiectus erat ab Caro-
lo Imperatore avus, reciperebat. An-
nuit Marciano Henricus, & pedi-

tum quatuor circiter millia, equitum aliquot alas, & maioris molis tormenta quinque ducenda conces-
fit. Modicus erat, atque ut verè fa-
tear impar occēpto apparatus, nisi
Marciani gallicam audaciam adiu-
uisset auxiliaribus ab arte copiis, do-
mesticæ & priuātæ rei studium fa-
uit industriæ, quod obesse fortitudi-
ni videbatur; Bullonium oppidum
infrequens quidem bellorum iniu-
ria, sed arce præruptæ rupi imposi-
tâ munitissimum: ager vndique tes-
quis perpetuis horridus atque aspe-
ratus saltibus, & depresso in vastam
altitudinem vallibus longè latèque
circuminctus. Hâc ducendus exer-
citus Marciano plures in turmas di-
ducitur; & per hæc impedita loca
traductis sæpius, per ima vallium,
colliumque summa copiis: ad hæc
frequentibus immodico numero tu-
bis, tympanisque ad singulas tur-
mas inter caua montium ac conual-
lium & nemoru[m] obstrepentibus:
& iam præter spem præfidiariorum

in iugum arcis, vrbique immixens,
subiectis muralibus tormentis; mo-
dicâ aīmodum murorum labi pri-
mis ex plosionibus editâ, tantus in-
uasit in arcem terror, vt Altoriuius
nothus arcis præfetus, non exigua-
rum harum copiarum, sed regij to-
tius exercitus vim sustinendam
arbitratus, vltro dediturum se
oppidum paciferetur, nî triduo
Cæsar auxilia submisisset. Confecto
tridui spatio, in arcem aucto iure, &
iam nouo repositus est Robertus.
Altoriuius securi percussus à Cæsare
pænas ignauiae dicam, an alienæ
solertiae, dedit?



ACCIPITER NAVTICVS.

CAPVT XVII.

Eruitur classis ab imminenti naufragio, emisso de naue accipitre, cuius pedibus innexo funiculo tractum anchorale nauem traxit.

Ex historia Melitensium equitum lib. 60.

*Vol. 2. An. Christi 1564. Valetio
Parisotio M. Magistro.*

V A L E T I V S Parisotius Melitensium equitum magister, sub inita, ut iam fama distulerat, à Solimanno inuadendæ Melitæ consilia, ut tyranni mentein auerteret aut moraretur, occupare statuit, capto aliquo Turcicæ ditionis munitissimo propugnaculo. Cesserat tyranno haud ita nupero ex fœdere dedentibus Venetis Monenbasia veteri nomine *Epidaurus* oppidum Laconiæ, insinu Argolico, & insula, seu verius scopulus, & mera ru-

Malua-
fia.

pes, præruptis in ambitum trium
milliariorum saxis, vnicō admo-
dūm ponte lapideo continentī ad-
mota, vndē & nomen inuenit, quod
vnum illāc aditus est ad urbem, ex-
porrecto, per vnum ferè milliare in
orbem, impositam vertici, perpetuo
muro succinctam, & loci natura
penitus inaccessam. Spē tamen obti-
nendae arcis prolixè fecerat homo
græculus Antonius Rauennas ciuis
Monembasiensis; quod affereret in-
trà rupem spelæum esse amplissi-
mum, & ab eo latenter meatum
hiantis, per notos sibi amfractus,
rupis, ad ipsos usque ciuitatis muros;
quibus eâ viâ neque semel subiisse
se diceret. Instruitur igitur opportu-
na cōfilio classis ex quinqueremibus
duabus vna triremi & Liburnica itē,
& geminis Myoparonibus: præfici-
tur verò magistri nepos Parisotius
& vnu Romegarius eques celeber-
rimæ inter hostes & nostros fortitu-
dinis. Consilium, hactenùs utriusque
innotum, dum ad Cytheram obie-

Etiam Peloponeso insulam delati,
resignatis, ut erant iussi, litteris, ar-
dui facinoris, sed generosi prouinc-
iam impositam intellexere. Trans-
gressis mox ad aquationem classia-
riis aliquot, tanta repente coorta
tempestas est, ut triduum totum ver-
sata sit in scopulo vna omnium sa-
lus. Liburnica & Myoparones bre-
vibus allisi, laxatis compagibus in-
fluctus effudere vectores, unus om-
nino (quamquam lacer allisu fre-
quenti) in oram decumano fluctu
illatus, eodem residente, in sicco
destitutus est; cæteræ naues crebrâ
concussatione extrema omnia mi-
nitante iacturam primùm facere,
tum ne iactura damno esset, grauiore
ex ære tormenta rudentibus illi-
gata vtrique deiicere, ut fundo
hærentia modum facerent aliquem
insanæ fluctuationi. Eadem ubi po-
suisset procella, pertrahi possent in
nauigia. verùm disruptis, quanquam
erant stupenda crassitudine, ruden-
tibus; deposita communi salute ca-

dos quisque aut tabulas arripere,
vestium moras expedire. Donec
subsidente tantisper tempestate no-
ua spei lux oriri cœpit. Erat in præ-
toria cicuratus Accipiter, qui nouo
generi venationis opportuno consi-
lio commodatus est, cum enim pro-
ximum littus esset, neque tamen in-
termedium aquarum spatum, iacto
superari fune posset, aut à vecto-
ribus, aut ab ipsis transmissis
antè aquatoribus, suorum periculi
ut mœstis, ita ociosis spectatoribus:
nouum mouere funem naufragi.
Emissus est in proximam oram ad
socios aquatores Accipiter, innexo
in pedem alterum geminati stami-
nis lino, tractui nimirùm maris pari
prolixitate; huius extremo suppar
longitudine funiculus subnixus, cras-
siorem etiam trahebat; hic ruden-
tem; iste anchorale nouum, duplex,
crassissimum, his vinculis ad se se re-
ductis, & rupi subnexis, qui ad sco-
pulos sedebant socij, stitere præto-
riam iam pænè fatiscentem, instau-

ratâ tempestate. Quâ tandem Septembris decimo nono sedatâ, traicere in insulam vectores, & animos & naues ad nouas spes refecere; bellicis etiam tormentis, quæ in mare depressoient, ex aqua subductis, hinc profecti ad duodecimum vltra Monembasiam milliare, lembos aliquot hostiles cepere. Monembasiam deinde noctu per pontis angustias tutò ingressis, & ipsum adeò spelæum, urbem tamen aggressione tentare non licuit. Quod per intensas tenebras, aut græcam fidem, latibrosè intrâ rupes viæ nancisci angustias non valuit Antonius ille Ravennas: sub lucē ad naues redditū imperauit Parisotius. Quibus cōscensis septimotādē octobris Melitā tenuit

Monembasiam vel Monobasia, hodie *Malussia* dicitur in sinu Argolico hodie *Golfo de Napoli*, à præcipua urbe totius sinus. Fortè indè *Maluisse*, quod genus vini alij ab insula Chio deducunt à iugo *Aruisio*, & vocant *Aruisium* & *Chium*.

ARCA POLONICA.

CAPVT XVIII.

Ex Poloniâ fugam initurus Henricus
tertius, conclavis regij arcas silice,
& plumbo impleuit, vt species
thesauri moraretur inse-
quendi consilium.

*Anno Christi 1574. Dupleix
& aly.*

NO V V M militiæ genus est, ar-
tem quærere abdicandi regni
Henricus Valesius quinto mense ab
sua in Regem Poloniæ inaugura-
rio Rex certior factus de fratribus Caroli
Francorum Regis immaturo dece-
fessit 18. su, statuit secum extemplo deserto
Polonorum regno ad auitum remi-
grare: & quod obniti Poloniæ or-
dines satis intelligeret, clandesti-
nam fugam mediratus, oculis Polo-
norum & mentibus illusit arte mul-
tiplici. Indixit imprimitis optimi fra-

Mense
Februa-
rio Rex
inun-
datus
Junij ab-
fessit 18.

tris parentalibus funebrem pom-
pam celeberrimam in Iunij mensis
octauum decimum diem; ipse inte-
reà & comitatus, vestem lugubrem,
purpuram de more Ianthinam in-
duit; strata ex eiusdem coloris pan-
no regia vniuersa. Bellicurium Ca-
roli apud se oratorem: defuncto re-
ge iam legatione sua functum &
honestam missionem petentem, pu-
blico consilio in Gallias remittendi
specie, adornare iussit rem vereda-
riam toto in Austriam itinere, so-
cios Bellicurio adiecit Faiolum &
Arderium, illum fraternæ mortis
nuntium mater Catharina Medicæa
transmiserat. Eundem ipse ad Ma-
ximilianum Imperatorem legat,
qui facultatem peteret liberè com-
meandi per Austriam & assureret,
non discessurum priùs regem quàm
fide publica liceret. Tamen ante-
uertit Henricus, ne qua fibi moras
Imperator apud Polonos molire-
tur. Arderio verò regiam gazam &
gemmeam suppellectilem avehen-

186 *Polyæni Gallici*,
dam concessit, cuius excurrebat pre-
tium ad ter centena & vltra aureo-
rum millia. His ita compositis, il-
lum nocte, quæ fortè iustis fraternis
præstitutam diem antecessit; pseu-
dotyro egressus aliena in ueste, &
vultum in transuersum fasciâ succin-
ctus, quadraginta, & cò amplius
milliaria uno equo confecit, & Pies-
nam Austriæ sub Polonicæ ditionis
fines delatus, vltra etiam, rogante
arcis præfecto, progressus est, vere-
dis recentibus in subsiliū à Belli-
curio comparatis. Sub lucem vulga-
tâ Regis fugâ, coiuit in regiam Se-
natus, & quamquam prægressis sus-
pcionibus absentia Regis fidem fa-
ceret, librauit tantisper.

De via retrahendi sententiam,
quod arca regia interioris conclavis,
& obserata & pondere prægrauis,
incertos consilij traheret: Hanc de-
tracta Regis gaza, solerter exagge-
rauerat, Arderius, ferro, plumbo,
silice; quæ tandem fraus ubi est à
Senatoribus dprehensa curriculò

iussus est Tanskius comes cum delecta equitumala profugientem insequi , & ad regnum reuocare. Neque is desiderari partes suas in celerando passus est ; quem tamen iam de proximo imminentem , astu moratus Henricus , materia sublicij pontis in profuentem per suos adiecta , dum præcurrit ipse cum paucis , & Tanskio radum inquirenti tantum morte facit , quantum satis fuit ad Austric ditionem antè pertingendam , quam assequi se Poloni possent.

Non absimili dolo Henricus Angliae Rex anno salutis humanae 1223 . arcas plures silice & furture suffertas ad Xantonum , Pilonumque stipendia transmisit , ut specieparati stipendijs contineret in fide , sed referatis per seditionem militarem arcis , res Britannica fœde lacerata , est perisque omnibus ad Francos deficientibus .

CAMPELII INSTITÆ

CAPVT XIX.

Campellus Cotracensi pugnâ ve-
xillo se se circumvolvit, ne vi-
uenti sibi signum eriperetur.

*Anno Christi 1587. oēt. Dupl. in
Henr. 3.*

In mai-
son de
Cham-
peils,

Nobilis est Campellorum familia in nouem populis; ex qua fratrum septem na-
tu minimus auitam gloriam nouo & insigni facinore cumulatā trans-
misit ad posteros Cotracensi præ-
lio. Merebat inter Catholicos duce Ioyeusio Centuriæ signifer adoles-
cens virili prorsū fortitudine, &
victis partibus inuictâ. Cum enim
infinitâ strage Nauarræj hostes de-
sœ uirent, statuit è vitâ priùs quām
de dignitate, aut de signo decedere,
& effecit generosa virtus etiam
quod animo non præceperat, vt
ne vitâ quidem exultus dignitatis

insigne deponeret. Cæsis enim latè
suis & vndique in aceruos cadenti-
bus immotus stetit, dum lethali
accepto vulnere corpus involvit
militari vexillo, circumegitque
circa hastile, quod magna priùs vi
penitus in terram defixerat. Hic
fixo vestigio inhærens aggestu, dein-
dē cadauerum sociorum etiam post
necem immotus perstigit.

SANLV CIVS VICTVS

CAPVT XX.

Inuestus in hostis victoris ducem
Sanlucius, cum eum ex equo
hastâ deiecisset, deiecto ipse
se dedidit, & priuatam suam
cladem auertit.

Anno Chr. 1587. Henrico 3. R. sub
Octobrem desinentem.

CVRTRASIVM oppidum L' Isle f.
est in Petrocomiorum finibus
ad Elæ dexteram altero ferè stadio

190 *Polyæni Gallici*,
situm, civili sanguine seculo supe-
riori nobile, illic castris locum ce-
perant Henricj Nauarrus, & Con-
dæus copias fluuiū traiecturi; eo ni-
mirūm consilio vt subeuntibus
Germanorum auxilijs obuiā irent,
& vnā dignitatē affererēt, ponti-
ficio anathemate de hæreditario in-
regnum iure deiecti. In eos ex ad-
uerso ad lœuam Elæ ripam, altero
tantò maiores copias obiecerat Io-
yeusius , quas in aciem ad oram
fluminis perpetuò descriptas, neque
altero , tertioe dje aggrediendas
putauit Nauarrus , vt diuturniori
labore defatigatas facillimē deinde
frangeret : Ipse interea suos libera-
li annonā recreare, vigilijs parcere,
parcè militiæ grauioris laboribus
addicere , intrā castra & vallum
ruto continere. Quarto demum
die pugnæ copiam & liberè ad
se transmeandi Ioyeusio petenti
potestatem fecit , vt scires iam
tum uter victoris partes & nomen
prætiperet , qui gratiam pugnæ fa-

ceret, an qui peteret, qui facultatem in se suosque traijciendi daret; an qui prohibere cōtenderet. Henrici consilium cis fluuium hærendi cæso duce victoria comprobauit, quam tamen ambitiosius describere, neque operæ huius est nec instituti. Vnum est quod de Sanlucio traditur facinus omnium auctorum monumentis dignissimum. Erat Sanlucius munitissimæ arcis in Xantonum tractu præfectus; hinc varijs diu noctuque incursionibus Condæi Principis itinera infestus obtinebat; hinc castris hostilibus, hinc Præfidijs & hinc socij & imminebat; arte modò, modò marte. Natum est à virtute odium; habet enim terminos suos admirationis & amoris bellica in hoste fortitudo; citrè grauiora damna diligitur, & splendet; atrocius si noceat horrore est hac odij publicâ causâ priuatam simultatem augebat in Sanlucium Condæus. Nec vero spes salutis illa superesse Sanlucio poterat.

Brugico
rio Broü
age.

rat apud infensum Principem vi-
ctis partibus, si minor summâ , ge-
nerositas vtriusque fuisset. Alam
ducebat eo in prælio Sanlucius : &
quamuis inclinato altero cornu in-
victam tamen, per hostium cuneos
trahebat. Verùm ubi sociorum fu-
ga fuit ; intrrepidum agmen ipse in
Condæi turmam immisit , hunc
argenteo armorum vultu conspi-
cuum infesta hasta Sanlucius petit,
tam felici quidem impressione, ut
Principem equo deiectum humili-
affixerit. Aduolat illicò Sanlucius
in pedes galeâ , armisque depositis
venerabundus iacenti manus dedit;
eique ditionem vltro fecit, quem
erat captivum abducturus; si publi-
ca clades priuatam sortem non cor-
rupisset , hic generosus Princeps, si
sæculi mores eximas , omnibus re-
gijs & virtutibus insignis victum vi-
ctorem depositis ex tempore simul-
tatibus perhumaniter excepit, & sū-
ma imposterum benevolentia pro-
secutus est , uter quælo , fortius ,
fecit meritò ambigis. **Elys**

EQVES PICTAVIUS.

CAPUT XXI.

Sangemmius vulneratum Imperatorem & confosso equo abiectū, in suum imponit, ipse cauda apprehensa de conferta hostiuma multitudine incolumis evadit.

Anno. Chr. 1593. Dupl. in
Henr. III.

CASTRAMETATIS ad Augusto-
ritum Malicornio Pictonum
Prætore & Trimolio Toarsij Du-
ce; curriculo aduolauit obfessis
suppetias allaturus vrbi præfectus
Brißacus. Hinc crebris in castra
impressionibus vexatum hostem
ad obsidionem soluendam compu-
lit: quamquam ex postremā eru-
ptione grauiter læso nihil propitis
factum est quām ut hosti victo præ-
dæ loco cederet, victoris corpus
eruperat Brißacus majori quām

Le Sieur
de Ma-
licorne,
& de
la Tri-
mouille.

le Com-
te de
Brißac
Gouver-
neur
de Poi-
etiers.

anteā & numero, & suorum impe-
tu in decretoriam quasi pugnam;
hostis item hic abdicata spe omni-
ciuitatis expugnandæ iam con-
uasandi certus, sparsas per vrbis
ambitum copias in vnam aciem
coēgit, & Brissaci turmam inuol-
vit. Nusquam generosiūs pugna-
tum: adempto enim præ ingruen-
tium turbā missilium vsu, manu
pedeque consertis res gladio dum
taxat trāsacta hærebat Brissaci late-

Le Sieur de Sainte Gemme.
ti comes indiuiduus generosus ado-
lescens annos vix natus sexdecim
Sangemnius; ille vbi suffosso equo
stratum vidit, & iam tribus saucium
vulneribus Brissacum, in pedes ab-
iectus Imperatorem in equum su-
stulit; ipse caudam vtraque manu
complexus è conferto cælorum
partim, partim sauciorum aceruo,
& infinito hostium agmine, gene-
roso militaris equi nisu, sibi ynà &
Brissaco regressum ad suos expli-
cuit.

OCCASIO CAPILLATA;

CAPUT XXII.

Dux Nemorosius carcere detentus
detonsum serui capillitum, &
barbam induit, & custo-
diam fecellit.

Anno Chr. 1594. Duplexius in
Henrico 4.

FINES nescit ambitio, quia per
omnia vagata omnia ambit &
complectitur, ferrea ætate sæculi
superioris regebat Dux Nemoro-
sius præfecti nomine, Caroli Me-
duani ex matre fratris legatus,
Galliae prouincias quatuor Lugdu-
nenses, Segusianos, Aruernos, Bel-
loiocenses.

Vno pariter Imperio. Piguit ta-
men additæ quasi & obnoxiae di-
gnitatis regiam ambientem. Ergo
& alias amplissimæ præfecturæ
circumiectæs prouincias duos Al-

Mon-
sieur de
Ne-
mours
fierc
vterin
de Mon-
sieur du
Maine.

lobrogas, aliosque ut fidei suæ op-
timi scilicet iure addiceret, oppor-
tunum imprimis tam audaci Consilio
statuit esse ablegata omni fra-
tris authoritate, duas in Lugdu-
nenium ciuitate arces excitare; ut
tutâ hinc sede, cætera facilè admi-
nistraret. Lugdunenses, siue Me-
duani opera & iussu, siue suo ductu
& auspicijs imminentem auersati
seruitutem, Nemorosum iucan-
tum armatâ urbanâ Ciuium manu,
occupant, & Custodiæ tradendum,
in castrum illud quod ad Ararim
prætupæ rupi impositum ab loco
ipso *incisæ petræ* nomen habet, in-
cludunt erat in captiui familiâ ser-
uus Domini amantissimus; is vbi
primùm captus est Nemorosius,
sanctè per sacra omnia deierat
intonso se capite, & mento, Do-
mini libertatem præstolaturum ita-
que plures iam in mensis extraordi-
nariâ custodiâ, sylvescebat immensum
vtrumque capillitum, cuius inso-
lens ultra modum vltas, & luxu-

Pierre
Encise.

Captus
est 2.
1593.

ries, ut erat militarium cachinorum seges amplissima, ita nouo dolo funem fecit, quem ut traheret extremum, qui cæteros omnes frustra mouerat Dominus.

Custodes non erunt domus sed corpore sano. — *Decipit ille.*
Advocat. Archige. iem. —

Egere se afferit cathaticis, traduntur in crastinum in antelucana Pharmaca de more catapotia digressis verò & medico & custodiibus, de primâ statim nocte tonsores inuicem agunt, herus & famulus; serèi capillamento conficitur, & subditisfa cæsaries, & exēptilis barba hac vtraque, & tota famulari veste in merum seruum deturpatus Nemorofius, per speciem seruiliis operæ, lafanum auerso, ut fit, vultu efferens de conclavi matutinus egreditur; nihil morante tam seridum ministerium satellitio; neque verò quisquā vnus tam emunctæ naris fuit, cui grauius suboleret dolus, quam solet ex usu quoti-

Iuu. f.b.

158 *Polyeni Galliti,*
diano ægrotorum cura , præsertim
cum seruus duci à cubiculo, offerre
aliquid huiusmodi fœtidæ supelle-
t̄ilis soleret ; ita triplicis custodiæ
solertia elusit, & proxima mœnia
transgressus paratò ad pomœria
equo Viennam evasit ad suos.



POLYÆNI GALICI
SYNTAGMA TERTIVM.
AGGER
SIVE , DE OBSIDIONE
TOLERANDA.

AGGER INCENSVS

CAPVT PRIMVM.

Bituricenses per Hypogæa & cuniculos actos vallum Cæsar is incendere.

Ex Commentariis Cæsar is l. 7, c. 1.



BSIDENTE in Bituri-
 gibus Auaricum Cæsar
 & producto proximè
 ad muros aggere, oppi-
 dani actis cuniculis in hostiles mu-
 nitiones , aggerem ipsum subjectis

Bourges
 aut ve
 alij ma-
 lunt
 viacor
 Dupl.



ignibus incendere, quod Cæsar is
ipius fide accipe. l. 7. c. 5. Iis
tot rebus impeditâ oppugnatione,
milites cum toto tempore frigore,
& assiduis imbribus retardarentur,
tamen continentि labore omnia
superauerunt & diebus x x v. agge-
rem latum pedes c c c x x x. altum
pedes l x x x. extuxerunt. Cum
is murum hostium penè conting-
ret, & Cæsar ad opus consuetudine
excubaret, militesque cohortaretur
ne quod omnino tempus ab opere
intermitteretur Paulo ante l l l.
vigiliam est animaduersum fumare
aggerem, quem cuniculo hostes
succenderant. Eodemque tempore
toto muro clamore sublato, duabus
portis ab utroque latere turrium
eruptio fiebat. Alij faces, atque
aridam materiem de muro in ag-
gerem eminus jaciebant; picem re-
liquaque res, quibus ignis excitari
potest fundebant; ut quod primùm
curreretur, aut cui rei ferretur au-
xillum, vix ratio iniiri posset; tamen,

quòd instituto Cæsar is duæ semper legiones pro castris excubabant, duæque partitis temporibus in opere erant, celeriter factum est, ut alij eruptionibus resisterent, alij turres reducerent, aggeremque interscindarent; omnis verò ex castris multitudo ad restinguendum concurret. Cum in omnibus locis, consumpta iam reliquâ parte noctis, pugnaretur, semperque hostibus spes victoriæ redintegraretur, eò magis quòd devstos pluteos turriū videbant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant, semperque ipsi recentes defessis succederent, omnemque Galliæ salutem in illo vestigio temporis positam arbitrarentur; accidit inspectantibus nobis, quod dignum memoria visum, prætermittendum non existimauimus. Quidam ante portam oppidi Gallus, per manus seui, ac picis traditas glebas in igne è regione turris proiecibat: Scorpione ab latere dextro traiectus

202 *Polyani Gallici*,
examinatusque concidit. Hunc ex
proximis vnuſ iacentem transgres-
fus eodem illo munere fungebatur:
eadem ratione iſtu Scorpionis
examinato altero successit tertius:
& tertio quartus: nec ille priuſ est
a propugnatoribus vacuus relietus
locus, quam restincto aggere atque
omni parte summotis hostibus, fi-
nis est pugnandi factus.

MATRES FAMILIAS.

CAPVT II.

Deserendæ vrbis consilium, & fugæ
ad Vercingentorigem capiendæ,
quod viri præceperant, imbel-
lis sexus hostibus patefecit.
vt dissolueret.

Habet ex eodem Cesare matrem
familias Bituricensium salutaris
proditio, quo Polyanum Gallicum etiam
adornes sequioris sexus consilijs. Verum
fadi exitus recordatione, agnoſce genium

fortunæ muliebris, quæ etiam patriæ
nocet in danda salute. Cæsar I. 7. de
bello Gall. c. 5. Omnia experti
Galli, quod res nulla succellerat,
postero die, consilium ceperunt, ex
oppido profugere, hortante, & iu-
bente Vercingentorige: id silentio
noctis conati, non magna iacturâ
suorum se se effecturos sperabant:
propterea quod neque lôgè ab op-
pido castra Vercingentorigis aberât
& palus quæ perpetua intercede-
bat, Romanos ad insequendum
tardabat. Iamque hoc facere appa-
rabant, cum Matres familias re-
pentè in publicum procurserunt,
flentesque, proiectæ ad pedes
suorum, omnibus precibus petie-
tunt, ne se & communis Iberos
hostibus ad supplicium dederent,
quos ad capiendam fugam natura
& virium infinitas impediret. Vbi
eos perire in sententia viderunt,
quod plerumque in summo periculo ti-
mor misericordiam non recipit, conclame-
re & significare de fugâ Roma-

nis ceperunt. Quo timore perterriti
Galline ab equitatu Romanorum
præoccuparentur viæ, confilio de-
stiterunt.

SABINI BVSTVM.

CAPVT III.

In sequentibus Vespasiani copiis
impar Sabinus, in Hypogæum
succedit & pago incenso, pe-
rissus creditus, evadit
incolumis.

*Vespasiano Imp. Dio. Cass. in Epitome
Xiphil. in Vesp.*

ROmanæ rerum potente Vef-
pasiano Gallici aliquot tu-
multus Imperium in occidente
vexauere Iulius Sabinus homo
Gallus, auum iactabat Iulium
Cæsarem, qui Gallicis amoribus
implicitus ex aua Sabini coniuge,
se suscepisset. Animos fecit præ-
sumpta origo, non sabino modo

fed, ut amat fieri, gentilibus quoque. Cæsarem igitur se aucto iure dixerat in Gallijs Sabinus; & obtinuerat magno nomini veneratores. At Vespasiani solertia hominis vanos spiritus breui compressit: cum enim armata manu Heduorum regiones, ciuium suorum ope Sabinus tentasset, Vespasiani duces inanem spem Romana fortitudine attriuerent, Sabinus à copijs Heduorum latè fusus, fugam in oppidulum abdidit quas tamen latebras cum inaudisset hosti cognitas, illius solertiam arte sanè stupenda feliciter elusit. Iussit enim in hostis oculis ignem vniuerso pago subiici, ipse cū paucis suorum in hypogæa & tutas in altam terram caueas, successit conscijs coniuge & famulis aliquot. Illic annos propè nouem latuisse traditur, donec frequenti coniugis & famulis commeatione suspicio nata, inimicorum oculos perculit. Detectus Sabinus in lucem pro trahitur, & Romam deinde per-

ductus fistitur Vespasiano: vna & coniunx & liberi. Hic Petronilla hoc erat vxori Sabini momen, hos, inquit, optimè Cesar in sepulchro, liberos suscepit, hos eduxi plusculos, ut ex plures susterem tibi necis paternæ deprecatores: latebras nostras tandiu fortuna texit, dum succresceret innocentia reorū patrocinio, oratione hic lacrymis & suis & tenellæ turbæ interpolata, Imperatoris ipsius & circumstantium animos mirificè ad commiserationem deflexerat, in auersis à tristi spectaculo Vespasianus oculis, publicam rem potius quam humana respexit: & iteratò in bnstū & sepulchrum, at seriò inferendo pronunciasset, extremo scilicet affectos suppicio, vna cum reis parentibus liberos.

ANDEGAVVS SAGITTARIVS.

CAPVT IV.

Pontius inter præsidiarios Francos funem alligauit extremo hastili sagittæ, quam vbi iaculatus esset in clypeum hostis, retraxit & nudatum hostem alia confixit sagitta.

*Ex Guil. Britone Rigordo, Gaguino
Anno Chr. M. c c x i v.*

A GEBAT in Belgica apud Neruios cum exercitu Philip-
pus Augustus, quo tempore Ioannes Angliae Rex fœderis in Francos nefarij Princeps auctor ratus, ha-
bitum difficilem explicatus tam graue bellum, quo idem illud ar-
ctius innodaret; in Aquitaniæ fines irrupit, & coëuntibus frequeti ad se defectione Andegavis & Pictoni-
bus, munitissimum ad Ligeris oram,

La Ro-
che au
Moine.

castrum, cui monachi rupes nomen obsecdit. Erat iimpositum arcis præsidium ex ipso Gallicanæ militiæ flore quippe Philippus haud ignarus quantum sit bellicæ rei momentum hostium vires in regni finibus, elidere; cum Belgicæ expeditionis causa numerosum exercitum conflasset, exiguum quidem sed selectam, & ipso ex delectu, fide atque audacia præcipuam, ad Ligerianæ arcis tutelam se posuit, monuitque rem Belgicam ad Ligerim probè geri posse, & Octonem in Anglo vinci. Ita cupidos Germanicę laureæ animos ad Anglicanam reuocauit. Ut huius præiudicio vocarentur in utriusque cōsortium, paucis enim ante Boniamente prælium diebus arcis obsidionem indecorè soluit Anglus.

Ergo cum omni ope niteretur Ioannes Anglus obsecsam arcem expugnare, per se modò, modò per alios Principes Anglorum viros omnia moliri, aditus explorare

muros & mœnia oberare, & militis & Imperatoris obire munia, castris legatum præfeccerat Ingorrandum, Imperatori suo supparem moribus virum, ac legatione proinde vel illo uno nomine dignissimum. Erat si corporis membra species, gigantæa mole, fronte ad stuporem siue inferendum siue testandum amplissima, furuo summâ nigricie capillatio, subrubentibus, ignitisque ad cædem sanguinéque oculis aduncitate nasi mirè recurvâ, immani rictu buccis æthiopicè tumentibus & quod est in tam vœgiâdi corpore penitus insolens, infuriente utrinque gibbo compressæ ceruices, corpus in dextrum inclinabant, capite leuorsum distorto ut collimantis assidue speciem præferre diceres. Nec speciem hanc iaculantis ars iaculâdi & mira intorquedi peritia destituebat; ut specimè artis quoddam non species esset; commendante vel augente corporis habitu solerti & exercitatione.

is ab ipso statim obsidionis exordio
matutinus vespertinusque, sub cre-
pusculum, obsecræ arcis muros ad
aggerem ipsum bis, terve diebus
singulis obambulare, & infesto arcu
imminere solitus erat. At quo tu-
tius collimare posset, armigerum
iusserrat ingens imbricis in morem
scutum obambulanti prætendere.
Cadebant igitur irrita obsecorum
tela omnia mo bili ac circunductili
excepta pluteo; donec Pötius inter
præfidiarios audaciā nobilis, & stren-
nuus miles, ad iaculandi peritiam
dolum admouit, grauiorem solito
balistam comparat nervum sum-
ma vi, ferreis vncinis contendit,
iaculum quoque maius non tenui,
lataquæ acie porrectum, sed qua-
drato calybe acuminatum, decres-
cente in tenuiorem ex eodem ca-
lybe fistulam palmarem magnitu-
dine, tū perforato hastili extremo fu-
nis innēt et alterum caput, alterum
ad muri pinnas stipiti acriter defigit,
ea tamen erat funis prolixitas, qua

vltrà aggerem paulò explicari contentus posset, ad eum nimirùm locum quem solemnī circulatione obire solitus erat Ingorrandus; nec verò is defuit quotidianæ consuetudini, fraudis inscius, Quem vbi de more obiecto satellitis scuto ad aggeris exterioris molem Pontius animaduertit, commilitonem iubet præstò sibi infestis iaculis, contentisque arcubus adesse, tum iacula tur extemplò. Conditum est in scuto spiculum tubulo tenus, & summo hastili, & coēunte propter materiæ lentitudinem contumaciis vulnera tenacissimè inhæsit, hic reducto ad se fune Pontius, nuntiantem adhuc insolita emissionis grauitate satellitem, & vnā cum scuto suo, & inopinato casu rixabundum è superiore aggere præcipitem abiecit in subiectam fossam, commilitonum iaculis obruendum. Ingorrandus ipse telis obiectus, non satis esse sibi sensit gemello iugo exaggeratum corpus defuitque

collimare, ipse in scopū conuersus &
telorum pariter & cachinnorum. Ex-
canduit legati morte Princeps An-
glus, & ut erat impotentis iræ iubet
actutum eodem loci ubi cæsus est
Ingorrandus crucem defigi, sancte-
que deierat (si quid tamen homi-
ni toties periuro sanctum erat)
præfidiarios ad unum omnes infa-
mi se stipite dediturum ac suppicio-
ni proximo sequenti triduo, vltro
sibi dederent se se. Ab hise mi-
nis prouocatum est vnâ voce ad
arcuum, balistaruinque funes, quibus
etiam contentius adductis, iussus
es facestete Anglus, ac meminisse
Richardum fratrem, & Regem eun-
dem Francicæ sagittæ cuspidem
expertum esse. Vifa est proxima con-
tumelia tam libera militum insul-
tatio, & infinitam accedit vindictæ
cupidinem: sed eandem breui
metus extinxit, dum Ludouicum
Philippi F. armatæ manu iam
jam imminere itinere vnius
dici propius intellexit, Obsidione

agitur non tam solutâ quâm lacera-
tâ , profugit , Anglus intempestâ
nocte , & præmium toleratæ obſi-
dionis immensam prædæ magnitudi-
nem vasorum , sarcinarum , impe-
dimentorum , machinarum , armo-
rum esse voluit . Sic probauit An-
glus validissimum Imperatoris ho-
stem metum esse ; Philippus præci-
puam laudem , militiae delectum .

Ingorrande cause, de muro Pontius arcum

Expedit esse volat missa sagitta, cause.

Nil opus est, inquit, clypeo remorabimur alium.

Fiet, ait, scopulus, qui scopus hostis erat.

Fallor, ad hostiles en transit ab aggere partes,

Falsos militie proditor rimbos meos.

Fallitur Grauinus qui Ioannem An-
glie Regem sub scuto latitasse tradit in
Philippo 2. lib. 6. Is enim Ingorrandus
fuit, & qui euro confixit Pontius, ex
Guil. Britone in Philippi de lib. 10.
Ut ex eodem constat Richardum Ioannis
fratrem sagittâ percussum interisse; hoc
est eo genere armorum quo maximè suis
utentur, ballistis muralibus & grauio-
ribus, quarum auctorem usus frequen-
tissimus eum differebat.

*Ve qui francigenis baliste primitus vñs
Tradidit ipse suā rem primius experiatur
Quamque alio s docuit in se vim sentiat artis.*

pag 291.

*Ideo telum quo Richardus confixus
periit, Æmilius scorpionem vocat.*

Hanc rupem quam Angli obser-
debant, arcem Monœci vocat
Æmil. lib. 6. Homo Italus Galli-
cam vocem *la roche au Moine*, Lat-
ino-Græcam fecit, ex Græco-Latina
illa, qua portus Herculis Monœci
in mari Ligustico nominatur, hodie
Monaco Italis, Gallis finitimus
Mourques. Vnde fortè *Morquer* gal-
licè dicimus, quod locus ille super-
cilioſo iugo & munimento minari
videatur, aut fluctus contemnere

Nescio cur vir eruditus Hugo
Grotius versum Lucani l. 1. vbi vox
Monœci emendat & legit *morari*.

*Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus
Virget rupe cana pelagus non Corus in illum,
Ius habet, aut Zephyrus solus sua littora turbat
Circus, & tuta prohibet statione Monœci.*

fortè, inquit, *morari*.

Certum tamen videtur Lucano
præ oculis stisſe Virgiliū docū l. 6.

Quamq[ue] acies, stragemque ciebunt
Aggeribus Jocer Alpinis atque, arce Monaci
Descendens &c.

Apud vtrumque Poëtam de belli ciuilis apparatu agitur. Recentes historici duo Gallicè alter, alter ex Gallico Latinè , dixere eodem die pugnatum à Philippo patre , & à Ludouico filio , quorum tamen sententiæ vetat accedere Guillelmus Brito in Philippide l. 10. quam Ludouico dedicat.

Tu patriam tutare tuā, dum magnus ad aleum
Fulminas Escaldīs pater, & dum subiungat hostes
Dum procul extremis Flandronum pugnat in oris
Siegi, manum properat supremam asponere bello.
Ut vix p[ro]ueniat eius tua palma triumphum.

Rigordus item de gestis Philippi. p. 215. Hanc victoriam Ludouici sequuta est modico tempore interieccio victoria Philippi Regis, ita quod infravnius mensis spatiū filius in Pictavia de Rege Angliæ & Pictonibus sine conflictu; pater in Flandria de Othonē & Flandrensis triumpharunt.

Æmilius lib 6. per eosdem dies
& Ludouicus regis iuuenis arcem

216 Polyani Gallici,
monaci liberauit obſidione; ex Picto-
nibus fugauit Ioannem Anglum.

M A S S I L I D E S .

C A P V T V .

Quadrincentæ mulieres Massilienses militari veste indutæ pro munis hosti obiectæ obſidionem diſoluunt, illati auxilii opinione.

An. Chr. 1237. Rœmundo Berengario huius nominis tertio & ultimo præfincia & Barcinonensem comite. Noſtrad. & alij.

T R A D I T apud Athenæum lib. 12. vetus historicus, nescio quis, Iberos olim, & Massilienses, in publicum pro lire ſolitos muliebri penè vefe, manileatâ cādem, & talari, ſtolæ matronalis inſtar: illos porrò ex muliebri habitu nihil ignauiae contrahere Massilienses, contrà imbelles vnā animos induere, parum

re. Parum lepidè opinor; si Massiliam Gallicam arguit, vel inde confice quod Gallicæ Massilides galeatæ, Iberi accolas debellauere. Berengarius comes multos iam menses arcta obsidione premebat Massilensium ciuitatem, & ad grauiora deditio[n]is consilia breui deductus videbatur; nisi fortunæ mulierib[us] ritè litasset innata Massilidibus generositas coiuerat in fœderis societatem vicinæ principes ciuitates, Genua, Arelate, Auenio: fœderis ergo nomen arti speciem fecit, quid in dies aut noctes singulas sociorum auxiliares copiæ expectarentur, nocte intempesta & illuni penitus, ea murorum & urbis parte quæ faciliores præbere poterat copiis auxiliaribus aditus turbari primùm ex composito, tum murmure increbescente latè fundi & attolli gratulantium plāctus; verbo vno[nd]eni que festiuis vnde cunque lætitiae signis personare ciuitas: & iam tum de tenebris socia arma intrâ muros

v. Bras-
mi pro-
verb.
nauiges
Massiliā.

recepta obnunciare hostibus. Sub aurora dubia adhuc luce productæ sunt perpetuos in muros & liberum obsidentis hostis conspectum noui delectus centuriæ quatuor ; matronarum nempè & virginum quæ chlamide in stolam inducta , casside in caput, arcubalistis & pilis insignes , tam certam speciem noui auxilij præbuere , vt ad honestiores & molliores longè pacis conditio-nes adductum comitem liberatâ patriâ remiserint. Harum nonnullæ dicuntur crinibus suis arcus intentos in subeuntes fortè hostes non infe- liciter explosisse ; quod & alias non semel funis genus Massiliensibus vsu venit : vt Romæ etiam , & Aquileiæ. Extat etiam-num perantiqua Ma- siliæ tabella quæ femineæ huius vi- ctoriæ monumentum esse videtur aliquod. In Principem conspectum datus est Imperator Regis paluda- mento insignis ; circumstant fre-quentes ore imberbi milites ; quos inter armata fœmiga reducto tan-

tisper thorace , dexterâque exerterâ
mammâ lac in principis oculos eja-
culatur: ipse quasi sibi delusum se se
succenseret , manus in se violentas,
infestâ sicâ parat. Cæterum inter
urbana Massiliensium instituta ; in
muliebris Massilidum fortitudinis
præmium , decretum est (quod in
publicos hodie quoque cessit usus)
ut publicæ quasi dotis instar , ius ci-
uitatis coniugibus tradant quacun-
que tandem è gente oriundis. Al-
terum etiam publico Massiliensium
ex tabulario constat , eiusdem vir-
tutis singulare pretium , ac totum
in speciem militarem; ius enim pur-
puræ mulieribus concessum , haçte-
nus tamen , ut ex ea manicas in sto-
lam inducant , & militum humera-
le referant. Quo iure sæculo supe-
riori usæ , prodiere immisis in seri-
cas vestes purpureo de vellere ma-
nicis , cum est in urbem introgressa
Catharina Medicea Franciæ Regi-
na. Cui persimilem purpuræ co-
piam concessam Tortosanis fœmi-

Francis-
cus Mar-
torel
lib. 1.
c. 16.

nis Hispani narrant ab eodem uno
Ræmundo Berengario.

Prætereundum ne illud quidem est
quod tantâ fide Aquileienses contra Ma-
ximum pro Senatus fuerunt, ut funes
de capillis mulierum facerent cum dees-
sent nerui ad sagittas emitendas quod
aliquando Romæ dicitur factum. Vnde
in honorem matronarum templum Ve-
neri caluae Senatus dicauit Iulius Ca-
pitolinus in Max. iun. Laetantius
lib 2. contra gentes.

Equorum setæ de caudis ac iubis ad
balistas utiles asseruntur. Indubitatum
vero est crines fœminarum in eiusmodi
tormentis non minorem habere virtutem,
Romana scilicet necessitatis experimen-
to: nam in obssdione capitolij corruptis,
iugi ac longâ fatigatione, tormentis,
cum neruorum copia defecisset, matrone
abscissos crines viris suis obtulere pugna-
tibus, reparatisque machinis aduersario-
rum impetum repulerunt: maluerunt
enim pudicissimæ fœminaæ deformato ad
tempus capite liberè viuere cum mari-
tis, quam hostibus integro decore seruire;

Vegetius lib. 4. c. 9. vide Flor.
lib. 2. c. 15. Cæs. de bello ciu.
l. 3. Appian. de bellis punicis Dio-
nem in Seuero. Vitruvium l. 10.
de archit. c. 17. & alios.

In Oreolæ seu Murciæ obsedio-
ne contrâ Mauros , mulieres Chri-
stianæ indutâ virili veste ad hone-
stas conditiones compulere Mau-
ros. Mariana p. 293. à Chr. 714.

CIVIS REDONENSIS.

CAPVT VI.

Dedit se yltrò obsidentibus An-
glis, & multiplici arte illudens,
ad Carolum Blesensem
proficiscitur.

Anno Chr. 1357. Ex Argentrao
lib. 6. c. 33.

IN FAVSTO illo quadriennio
quo captus ab Vuallie Princi-
pe Ioannes Francorum Rex apud
Anglos egit: vigebat imprimis gra-

Froissart.
Argen-
trazus.

¶ 222 *Polyæni Gallici*,
uis illa Carolum Bleensem intet,
& Ioannem Monfortium de Bri-
tannæ Armoricæ principatu con-
tentio. Erant in partibus Gallus &
Anglus. Licet enim à Piætauiensi
pugna, & abducto in Angliam
Ioanne dictæ essent intet utrumque
induciaæ causæ tamen Britanicæ ita
cautum fuerat ut copias utrinque
auxiliares mitti fas esset. Bleensi
fauiebat Gallus consobrinus; Mon-
fortio genero Anglus. Huius auspi-
ciis belli moles tota in Redonen-
sem obsidionem incubuerat Lan-
clastrio duce. Qui ne quam spem
ab temporis diuturnitate hostis ale-
ret, destinatâ in urbis cladem men-
te, iuratus sanctè confirmârat, non
priùs se obsidendi finem facturum
quam ciuitatis mœnibus Anglica
signa defixisset. Ita comparatus ani-
mo Lanclastrius cum frequentes pu-
gnæ & insultus nihil certi de victo-
ria in generosum hostem polliceri
viderentur, morâ frangendum in-
tellexit & intercluso commeatu ad-

deditonem compellendum. Hoc agere igitur vnum, vt ne qua via an- nonæ in vrbe conuehendæ pate- ret ; ne quis exitus ab vrbe plebi frequentissimæ. Intere à ipse creber imminere obſeffæ vrbi, diu noctu- que ſollicitos habere hostes ; non tam præſenti aliquâ ſpe potiendæ ciuitatis quāam vt vigiliarum ac mi- litiæ laboribus defatigata corpora in tanta victus penuria ac parcitate faciliūs , citiusque frangerentur. Perſtabant tamen in fide inuictis animis quanquām attritis extremā inediā corporibus, ciues; & iam in medium contulerant quicquid è doméstico demenſo reliquum fue- rat , exile ſanè & alen dæ ſpei diu- turnæ longè impar. Quam eandem vbi iam penè abſumptam viſit præfectus vrbi & præſidio Penoē- tus nobilis Brito , ciuium cœtum vocat; & rerum ſtatut ob oculos non ignaris explicat. Illi ſen- tias rogante præfecto ſuſtinere ; confilij expers ſilere ciuis & miles,

aut vita potiorem fidem inculcare.
Explicandæ salutis frustrà quæri
modum, nec modum faciendum
amandæ patriæ. Hic vir è ciuium
numero posteritatis famâ dignissi-
mus, cuius tamen nomen postrema
scriptorum socordia sæculis subtra-
xit, quid in tam arcto rerum articu-
lo consilij sibi in mentem venisset
dicere aggressus, omnium animos &
oculos in se vnum conuertit. Suc-
currit (inquit) vnum quâm arduum
tam necessarium, ut publicâ salute
laborante priuata salus negligatur.
Has ego mihi partes assumo si per
vos licet, ciues charissimi; hoc ca-
put devovebo. Ibo inquam & ca-
stra hostilia ad Lanclastrium pene-
trabo; ne de me patriæ queri possit,
de patria querar; expostulabo de
vobis militum, ciuium, omnium in
me iniuriam ambitiosè describam,
de singulis benè moriturus in singu-
los maledicta coniiciam. Exhau-
stam à præsidia riis domum, direpta
bona, liberos fâme confectos, &

quod sit omni damno grauius , su-
blatam querar lugendi libertatem .
Monebo imprimis & serio connitar
anteuertenda Francorum auxilia ,
in posterum alterumve diem certò
ad futura ; quæ reliqua vna spes affi-
ctæ ciuitatis si elidatur , certam fore
cladem ; locum , viam , iter , mo-
dum , copiarum numerum compo-
sitè describam , si fides habebitur ,
& liberæ custodiæ credar , subdu-
cam ego me curriculò Nannetes
ad Principem , de charissimæ ciuita-
tis statu commonefaciam . Tum sa-
lus in vado futura est , inueniet ille
viam aut faciet . Sin aliquid huma-
nitùs ab immanni hoste nuncio priùs
accidet , solatij loco erit probâsse in
patriæ salutem benevolentiam .
Discant liberi mei , patre carere si
patria libera carendum sit . Excepta
est per honorificè tam bonæ mentis
oratio ab vniuersal concione . Piæ-
fectus ipse bonum dolum non ma-
lā arte se promotum pollicit ,
irruptionem in craftinum indicit .

Quà nimirùm ciuis ipse publicæ saluti deuotus vltrò in prædam cederet. Desertus ex composito, capitur. Exclamat illicò esse sibi quod è re partium cum duce participet. Hæc vox saluti fuit priuatæ primum, publicæ deindè. Sistitur incolumis; novus verò *sinon* exemplò in genua accidere, Principis dextram illam victricem obtestari, fidem implorare; fortunæ suæ illacrymari: de ciuium militumque, in se suosque immanitate prolixius explicare; denique fidem facere, sibi tot nominibus in patriam infenso fidem habendam. Quam vbi paratam apud incautos sensit; de Francicis auxiliis mentionem habere, his præstitutum tempus in noctem proximam, aut in sequentem; quater millenos sub signis fore, hac, illacve irrupturos afferere. Vias obstruendas monstrare; obsidem se dictis lubenter obtrudere: monenti dextram simul & fidem dedit Lanclastrius; ac iubet numerosam manum in pro-

cinctu esse sub noctem, ei se ductorem ac principem pollicetur. Pro fugus vero callido in paucis consilio, apud eos quibus castrorum demandata custodia erat in fidei pignus datum se comitem aiebat, ijs qui essent in hostem educendi; apud hos contrà se castrisibus addictum volebat; ita vtrorumque solertia elusit. Et iam intendebant se in noctem primæ tenebræ, cum Dux educit e castris in designatum ab transfuga locum; quo eodem articulo temporis obseSSI festiuis ignibus, & vocibus effusi in mœnia transfugæ dolis velificabantur. Is interea castris elapsus vix alterum milliare properato confecerat cum felici casu incurrit in sociorum turmam cui Bertrandus ille Guesclinus prærat, vir omni fama maior; at habes (inquit) vir generosissime quod tanto ambitu tam sollicitè aucupabaris, ineundæ obseSSIæ vrbis facultatem. Tum doli seriem retexit. Hic, Nannetes: Guesclinus, cum

Natus
erat tunc
Guescli-
nius an-
nos 18.
Argen-
traus
lib. 6.
c. 32.

suis in hostium castra contendit:
& commodum laxius licentiusque
erant, quod obfessi tertia circiter
vigilia quasi spe auxilij depositâ
desierant festiuorum plausum. In-
uadit enimvero ex improviso gra-
uior Guesclinius, cæsis custodibus
aggerem, vallum tentoria disicit,
murales machinas dissoluit, affigit,
dissipat, & quò terror latius mana-
ret pluribus castrorum locis incen-
dio grassatur. Vni annonæ castrensi
parcit ne incendat vrbanam. Erant
in forum venale inducta à propolis
cibariorum plausta ducētēna. Hæc,
aliaque omnia in urbem ab propo-
lis ipsis agi iubet. Ipse ouans quan-
quam equestri pompa, subsequitur
summa ciuium omnium admiratio-
ne, nec impari actione gratiarum.
Propolas verò cum accepisset non
castrensi aliquo ministerio hostium
partes fouisse, sed venalia de more
solitos importare cibaria, nec liber-
tate, nec pretio, nec curribus aut
iumentis fraudari voluit munificus

æquè quam generosus vir. Sed in fidem prius adactos & iuriandum de commeatu in hostilia castra imposterum non inuehendo, ex urbe tutò emisit. Ab his cum Lanclastrius adultâ iam die in castra à suis reuocatus florentem urbis statum audisset, mollius interpretari cœpit iuriandum ipse suum. Cum necessitatem interpretem religionis abhibuit.

REDONENSIA CIBARIA.

CAPVT VII.

Obsessi à Lanclastrio Redones in summâ annouæ penuriâ, cados proferunt per urbis vicos inanes aut vili fasto plenos, & hostis spem infringunt.

Vide ciuem Redonensem.

IN DVC T I S in urbem cibariis, producebatur tamen longius Redonensis obsidio; quod sus-

ceptis temerè religionibus inuitus
teneretur Imperator Henricus Lan-
clastriæ dux, quibus nempè non
minus enixè solui ocyùs cuperet
quàm ciues obsidione; illum in-
gruentis hyemis rigor, hos ingra-
uescens iterum annonæ charitas sol-
licitos habebat. Vtrisque consuluit
qui nuperam cladem in castra, sa-
lutem in oppidum intulerat Ber-
trandus Guesclinus. Auctor is erat,
vt admissio in urbem honoris causâ
cum paucis suorum, hoc est denis
admodùm Lanclastrio muris affi-
gerentur Anglorum signa: ei se mo-
dum illum rei facturum spondens
vt hostem meritò pœnitere posset,
quàm in suscepta religione leuita-
tis, tam inexpienda vanitatis. Op-
portunè verò contigit id consilij ab
viro generoso dari paratis fidem
aliis in tanta rerum difficultate, aliis
vitam prodere oppidanis ac militi-
bus; his Guesclinus vitam, illis fa-
mam in tuto posuit. Neque certè
addecet in decernendis hosti ho-

noribus Thersiten auctorem sequi;
Principis huiusmodi cōsiliis Achilles adhibendus. Quo de consilio
ciuum renunciantibus legatis Hen-
ricus in perēdinum responsurum se
dixit, at vbi vidit se parūm prouidē
quæ essent in hostium potestate re-
ligiosi iuris esse voluisse interpre-
tem religioni rerum statum adhi-
buit, & pacis conditiones admis-
sum recepit. Erat in castris fide pu-
blica admisus Bellomanorius à
Carolo Blefensi prouinciae præpo-
situs, is in eis illas iudiciorum mo-
ras quæ datis utrinque obsidibus vi-
gebant, oppidanos clām monet, vt
quām fieri magnific entissimè pos-
set quidquid cibariorum tota vrbe
superesset propalam ubique ciuita-
tis ad officinas, & publicas fores
ostentaretur. Pascerent modò oculos
hostiles & speciem præferrent
oppidi probè à commeatum om-
ni genere parati. Effuso igitur ab
singulis oppidanorum penu atque
horreis, prodiit in publicum ingens

Le Sieur
de Beau-
manoir,

ut videbatur annonæ copia, mustæ
& salitæ carnis, piscium quoque
muriaticâ conditorum, ad hæc men-
sæ multiplici genere ferculorum in-
structæ, cadi frequentes silice dum-
taxat aut ferro graues tritico leuiter
aspersi subducto operculo conspi-
cui. Has inter pompas & fercula
traducti per urbem ducis legati,
rem annonariam lautissimè instru-
ctam arbitrati spem ducis omnem
& militum infregerunt. Postera ut
præstitutum erat die descriptâ cen-
turiatim ciuitate vicos obfedere ar-
mati ciues, & inter hos urbane mi-
litiæ apparatus admissus est in ur-
bem cum suorum (ut conuenerat)
equitum decuria Lanclastrius: ho-
rum non pauci auctores erant apud
ducem pactionis potius quam ob-
fidionis soluendæ, quod ciues quan-
tumvis in speciem nitidi & lauti,
annonæ tamen inopiâ grauiter vr-
geri sibi viderentur: fidem tamen
potiorem habuit princeps, & signa
tradidit quæ ex condicto exceptit

Guesclinius & in ciuitatis mœnia
castris obiecta imposuit; quæ cum
primùm pedem extulit de ciuitate
Henricus, detracta in recendentis
calces abiecit.

SCROFA AREMORICA.

CAPVT VIII.

Redones in summâ annonæ diffi-
culty Scrofam forcipibus ve-
xant ad pseudotyrum & pascen-
tes non procul sues ingenti nu-
mero, Scrofæ grunnitibus in
vrbe illiciunt.

*Anno Chr̄isti 1357. Argentraus
lib. 6. c. 330.*

OBSESSI ab Henrico Lan-
clastriæ duce Redones, ad
summam rei annonariæ difficul-
tatem obsidionis diuturnitate deue-
nere. Iam quidquid vescum erat in
ciuitate fames absumpserat ad iu-
mentorum, canum, muriumque



esum progressa. Intellexit Lanclastrius quod agebat illatum , esse in urbem & ciuilem & domesticum hostem ; cuius si vim promoueret breui prodenda vrbs videretur. Hanc induit mentem nihil antiquius erat , quām vt nequā in urbem cibus inferretur, ne quā impunē ciuium aliquis vnus pedem efferret , atque vt acriū obſessorum famem acueret & inescatos infidiis occuparet, præsentem obiecit famelicis cibariorum apparatus. Protenditur latè ad Redonum muros compaſcius locus , Rodulphi prata vocant , eò mandat porcorum greges ad bis millenos, proximè ad urbem induci ; horum custodiæ numerosam militum hinc indè manum addicit , qui irrumpentes irritaret , si quos per nauſeam urbana fames euomeret. Esca erat (eneatis diuturna inedia) illicij præsentissimi : abstinentum tamen manutatus Penoëtus , arcī urbique præpositus arte potius inescandam ef-

Le pré
Raoul.

cam, & in urbem illectandam putauit: & forte fœtæ sui vitam produxerat spes numerosæ fortunæ, hanc illicem & generis sui proditicem destinat, iubetque ad eam murorum partem trahi, quæ pacientibus obiecta erat. Hic perfos-sus ad subitas eruptiones murus in postici morem ab oculis subducto hiatu, nouæ venationi ansam fecit; illò loci ad apertum ostium, deie-ctumque sublicij pontis tabulatum: sui aures utrinque forcipibus appri-mi vult; ad dolorem scilicet ve-hementem & parem grunnitum eliciendum. Artem commendauit euentus. Vix enim audiri Scrofa cœpit cum obscuro primū inter se murmurillo sues ostrepere, tum in apertas querelas effusi, facto agmine irrumpere; & quia mollius ea parte agger in fossam cubabat, intrà vallem ad muros & urbem suc-cedere; subductam astu longius Scrofam seuti: tanto quidem nu-mero ut nisi parem parcis nume-

236 Polyæni Gallici;
rum militum Anglus submisisset ex
hauriendus ad vnum grec vniuersus
videretur.

*Frustra aries muros, atq; hostica mænia quassat
Sus fauet obfessis, vnicā, Saxon fuge.*

SVS BELGICVS.

CAPVT IX.

Franci Aldenardæ præsidiarij fame
oppressi, oppido erupere & captis
aliquot suibus cœteros vltrò
insestantes in penum vrba-
num induxere.

*Anno Christi 8. 1382. Guaguinus.
lib. 9. de Carolo 6.*

REbellârant in Ludouicum co-
mitem Flandri præcipuis ciui-
lis tumultus auctoribus Gandauis.
Primus extrâ vrbem impetus in Al-
denardam vrbem non longè diffi-
tam ad Scarpam fluuum erupit.
Hanc fœdere cum suis inito comes
receptam valido Francorum præsi-

dio firmauit. Et cessit ex animi sententia consilium : etenim breui ad ingenium rediere Gandaui & atrocius quam prius in comitem invecti, cum nihil æqui ab irato impetrarent, ad arma prouocatum. Deletus ad Brugas principis exercitus quadraginta millium, à modica rebellium manu. Hinc à præcipuis Flandriæ ciuitatibus ad Gandauense fœdus coitum est. In fide stetit Aldenarde. Sed grauiter hanc fidem perfidus rebellis tulit. Ad eam igitur Philippus Arteuillius. Iacobi Ceruisiarij Decoctoris filius, qui in Philippum sextum populares duxerat, factiosorum Princeps castra mouit. Erant sub signis, ut tradunt, perduellium millia centena, bellicorum tormentorum ingens & inauditus hactenus apparatus ; nihil tamen erat Francis præfidiariis, & oppidanis grauius commineatum inopia, cuius tanta erat in oppido difficultas, ut de vita, breui : aut de statione decedendum videatur,

Sed casus in artem conuersus subsidio fuit. Arteuillius homo & plebeius origine & animo popularis rusticam vrbanamque plebem perhumaniter habebat, vni infensus nobilitati. Vetuerat imprimis, ut ne quo militari strepitu rusticæ operæ interpellarentur. Illo iure prætorio versabantur inter castra, libero commeatu, pascentium pecorum omnimodi generis, agmina, ad ipsos pæne obfessæ orbis muros; eò cum præfidentiùs induxisset porcorum numerosissimum gregem rusticus, opportuno annonæ apparatu ciuitatis inedia subleuata est. Franci præfidiarij geminato agmine, equestri altero, altero pedestri ad vrbe in hostium castra erumpunt. Præibat equitum ala, pedites subsequebantur vtrique obiecti hostibus, intermedium agri spatium in quo grec vniuersus pascebatur, obsepiunt: tres deinde peditum è numero porcos totidem à grege subducunt; obnictentes tamen & valido grunnitu

querulos: horum causam communi ex postulatione prosecuti cæteri, in urbem successere vniuersi. Frustrè enim conatus est hostis inter ipsas retrocedentium quadrato agmine Francorum moras, captiuorum partes tueri. Aut defectionem anteuertere.

LVPA STAGNANS.

CAPVT X.

Copias Varuicij Angli montem
Aruigium obsidentis vexant
oppidani, fluuij fluctibus
aggere coercitis.

Carolo septimo Rege. Ex Monstreletio,
Ann. Chr. & aliis.

CHRISTIANÆ salutis anno sexto & viceximo suprà millesimum & quadringentesimum, Varuicio comite Anglo Montem Aruigium obsidente, suppetias misit obfessis Carolus septimus du-

Montar-
gis sur
Loing.

Le Com- Etore copiarum Dunensium comi-
te de te Aurelianensi notho. Datum id
Dunois. erat in mandatis à principe dunata-
xat, ut commeatus in urbem infer-
retur. Sed spem nobilioris exitus
fecit occasio. Tres in acies, & to-
tidem in castra suos circè oppidum
diduxerat Varvicius, quibus ut esset
libera inter se se commeandi via,
pontibus pluribus præterfluentem
Lupani iunxerat. Oppidani verò
non malè opportuno ysi consilio,
sub ipsum Dunensis aduentum,
quod est iugo imposita ciuitas, nul-
lo suo discrimine, amnem ductis
aggeribus intumescere cogunt in
multam altitudinem. Quo latè ex-
trà ripas stagnante obruti sunt ho-
stium pontes, & sublata simul mu-
tui auxiliij opportunitas. Nec defuit
in re præsentि Francorum duci con-
silium. Hostium castra sigillatim in-
uadit; gemina penitus profligat.
Varuicius sua noctis beneficio sub-
ducit; cæsis Anglorum aut flucti-
bus obrutis mille quingentis. Op-
pido

rido successit Dunensis, & ciuibus
omni genere annonæ instructis ad
Carolum remeauit.

Montem Aruigium male quidam
eruditæ viri ad Ligerim collocant, situs
enim est ad Lupæ ripam sive Lennæ,
qui Gallicè, Loing, dicitur barbaræ
latinitati, Lonium. Is in Sequanam
exonstratur. Vide Massonum p. 187.
in Sequana.

PARMÆ SCVTVM.

CAPVT XI.

Parmensis urbis alteram partem
funibus accensis fistulatorum
loco tutantur per noctem
Franci.

An. Chr. 1521. ex M. du Bellay.

lib. 2. Leone Pontif. X. Franc. I.

R. Carolo V. Imperat.

COACTIS vnum in exer-
citum ex fœdere Italico Pon-
tificiis & Cæsarianis copiis; præ-

L

242 *Polyæni Gallici*,
positus vtrisque Imperator Prosper
Columnus Parmam mouit. Op-
pido præfectus erat Lescunius
Flustas Lautrecij frater præsidarij,
Galli partim, partim Itali. Hos por-
rò tam insanus inuasit terror; ut di-
ruto immani quidem ruinâ muro,
sed ternâ tamen felici exitu propul-
satâ hostium impressione: per eas-
dem murorum labes sub noctem
in hostilia castra, ter ferè millenos
terror idem eduxerit, gregarij pleri-
que omnes ij erant, nec enim viros
Principes & ordinum ductores ple-
beius ille exterruit motus. At me-
mores Italici nominis Gallicanæ
audaciæ consortium ambivere ge-
nerosius. Communi tamen ducum
vtriusq; nominis sententiâ, deponen-
da inferioris vrbis custodia visa est;
quod hæc nullis ferè firmata mœ-
nibus, nullo vallo, fossâ nullâ, sed
inualido duntaxat muro semicin-
cta, vix uno altero ve die morandis
hostibus opportuna, præsidiorum
virtutem iam plus æquo per tot die-

Lescun
frere de
Mons. de
Lautrec.

rum spatia probasset. Quinto decimo igitur obsidionis die indicto recessu in proximam noctem , quæ media est Dominicum inter sabbatico diem ; primulis statim tenebris , conuehi cœpta trans cognominem vrbi fluuium in ciuitatem ipsam cibariorum armorum generalia omnia ; muralia imprimis & curulia tormenta , cui rei transmis- sa non est ad tertiam circiter vigiliam , quâ cum copiæ abducendæ postremo essent , illudendo hosti dolus adhibitus est , qui iam frequentiâ suâ exoleuit , antè ad hanc Parmensem obsidionem vix notus.

Aiunt enim tūm primūm inualuisse usum tubos ferreos oblongioris molis circumferendi , quos nimirūm fuscinulis impositos facile singuli exploderent. Erant generis eiusmodi legionarij fistulatores singulis in cohortibus complures. Ijs plerumque maiori numero credita superioribus noctibus murorum custodia ad eam maximè partem quæ labem

Parma
Fl.

traxerat : hic de more custodes additi , quò tutò secessus , & impunè susciperetur , sectos plurifariam igniarios funiculos , & accensos , certis ut priùs descripta custodia erat , interuallis suffixere pro pinnis . Hac specie deceptus hostis , adultâ iam die vix dolum intellexit , & liberam commeandi noctu potestatem fecit . Breui dierū paucorum curriculo promouit ad urbem Gallicas legiones , & externa auxilia Lautrecius : ita soluti obsidione Parmenses .

Strada
lib. 7.
historia
Belgicæ.

Habebat Figueroæ cohors plerosque militum armatos eo prægrandium tuborum genere , quos furcillis operosé librandos ab Duce primum Albano translatos fuisse ad usum campestris militiae , supra memorauimus . Libro nimirum sexto .



MASERIANA DOLIA.

CAPVT XIII.

Aquis plena dolia hosti inspectanti
speciem offerunt munitæ
cellæ.

Anno Christi 1521. Franc. I. R.

Mart. Bellaius.

L A B O R A B A T infrequentiam
præsidiariorum, & Annonæ
penuriā Maseriana ad Mosam ciui-
tas, ineunte iam obsidionis altero
mense. Lorgius Francisci missu no-
uos delectus, & commeatum in vr-
bem induxit; cuius vt modum ex-
ploraret comes Nassauius Cæsariani
exercitus Imperator; legionarij cu-
iisdam operâ vsus est. Erat is Lor-
gio veteri familiaritate notissimus,
quo nomine Lorgium rogauit vrba-
ni vini amphoram vnam internun-
tio de more tympanotribâ. Quem
in urbem admissum circumduci iu-

Mefieres

bet Lorgius per penuarias cællas ingenti doliorum numero instruetas. Erant hæc pleraque omnia nouo ex profluente Mosa supplemento firmata præsidia; pauculi admodum interiecti cadi ambitiosè relinuntur; ex his crebrâ irroratione pocillorum iubetur tympanistes mittentis palato, stomachoque consulere; discessuro denique meri altera noui altera vetusti traditur amphora. Redux in castra magnificè ac pleno non modò ore sed & pectore, luculentam imprimis cellam, & annona copiam, apud suos prædicat. Madenti fides habita, obsidionem soluit.

LORGIVS.

*Germanicis copiis aque plena dolia felicitè
opposuit*

*Puluereo aggestu, vel crasso cespite farta
Obijcere antiqui, dolia, moris erat
Scilicet hæc alios tuto precul arceat hostes
Machina, Germani non timet ira cados.
Ludor ego, a ludo ! Germani Rhetica vincunt
Dolia, Germani Lasceriana timent.*

M V S O N I V M R E C E P T V M.

C A P V T X I I I .


H o s t i b u s p l e r i s q u e o m n i b u s d i g r e f -
f i s i n c e n d i a r i j p a u c i c æ d u n t u r ,
& i n c e n d i o i n t e r c e d i t u r .

*An. Chr. 1521. Franc. I. R. Martin.
Bellinus lib. 1. M.*

SO L V T A Maseriarum obsi-
dione Nassauius Nothus, cap-
to Musonio præfectus est, at ne
quid Notho liceret quod legitimo
nefas erat; comite Nassauio suos in
Belgicam reducente; statuit ab ho-
stico in pacatum abscedere. Pro-
mouerant imprimis fugæ cœnsilium
circumjectæ, ut fama erat, Franco-
rum copiæ Musonio imminentium.
Ne tamen obscuro discessu milita-
rem gloriam fœdaret, hospitium
incendio damnauit. Cui præfectos

Mouson.

est voluit posteriorum quas abdu-
cturus erat cohortium , gregarios
aliquot milites; graui tamen & pu-
dendo sanè viro militari, errore, re-
seratis vrbis totius claustris , deser-
tisque mœnibus ac propugnaculis;
pauculos è præsidiariis incendiarios
iam longius cum priore acie pro-
gressus , nostrorum ingruentibus ex
proximo insidiarum loco copiis ob-
jecit. Eos enim in iam descriptis
ad incendium vrbis regionibus, tæ-
das ventilantes, ex inopinato Gran-
gæus oppressit. Et quod oppidum
ante infami tyronum inertiam ac tre-
pidatione inuitus dediderat. Vigili
solertiā, & præsentissimā veterano-
rum arte recepit ab incendio & ya-
statione tutum.



CANTERII NERVIORVM.

CAPVT XLI.

Commeatus Landresium infertur,
rusticis in iumenta ipsa impositis,
& speciem equitatus
præbentibus.

Anno Christi 1543. sub Francisco I.
Rege ex M. Bellajo l. 10. p. 314.

AB S V M P T O iam in Landre-
siana obsidione bimestri spa-
tio, quanquam vastâ ruinâ quassati
muri essent, abstinuit tamen suos
ab impressione facienda Carolus
Imperator, quod spem incruentæ
victoriæ grauis vrbanae annonæ dif-
ficultas faceret. Cui dissoluendæ
pariter atque obsidioni non impari
curâ Franciscus numerosum exer-
citum in Nerviorum fines induxit,
suis ipse auspiciis: per suos commea-

Landre-
sy ad
Sabin,
sambre
in fini-
bus Ner-
viorum
feu Han-
nonix.

tum in urbem importauit Langeri & Marvilij ductu. Hi enim per invios saltus cum grege arietum, milie ducentorum, boues circiter ducentos, ac farinæ triticeæ quantum sexcentis conuehi iumentis commodè posset, in castrorum vrbisque conspectum egissent. Quòd immineret magno numero turmæ equestris; ipsi quoque suos in speciem amplissimi equitatus descriptsere. Obiectum hosti latus & frontem tegebant cataphracti equites aliquot, reliquam laxis ordinibus turmam rustici canterii tritico & equisonibus onusti, perticata nimirum acie magno ambitu explebant. Commodum verò ut conuenerat eo ipso convehendæ annonæ tempore commissa erant inter se se crebris velitationibus Regia & Imperatoria castra: neque trans Sambram quā iter erat solitus infederat militiæ numerus. Quare pugnam potius quam commicatum parari proximis è iugis arbitratus hostis, fræ-

nus animosque continuit; donec eodem semper militari ordine progressi nostri per impedita rursus loca, prius ad urbis muros deuenere, quam fraudem agnoscere aut vindicare hostis posset. Ita modum fecit oppidanorum inopiae Franciscus obsidioni finem Carolus; eo nempè temporis spatio quod prouincendæ ultrà Lutetiam Franciæ dixerat.

ILUSIT Hispanorum castris anno M. DC. XL. vir illustrissimus & scientissimus artis militaris *Marscallus Scombergius* æquè fortunato dolo; cum insulam (Ilham indigenæ vocant) Ruscinonensis comitatus oppidum obsiderent Castellani: Diuisa est regio & ditio tota in partes tres, in Ruscinonios campestres, Confluentinos & Cæretanos; hi postremi ad montes usque Aragonios pertinent, media est intrà Pyrenæos Confluenta vallis vbertate pascuorum celeberrima, quam ut occuparent Castellani in Rusci-

La plaine de Roussillon.
le Conflant.
la Cerdaigne.

nonios campos ad octo millia & amplius mari transmissi sub initium tumultus & defectionis Barcino-nensis: insulam quæ veluti clau-strum est Confluentinorum aggres-si obsidione repentinâ, minoribus aliquot tormentis partem aliquam turris dejecerunt, in quam triplici impressione frustrâ susceptâ, sub noctis crepusculum increbrescente falso quidem rumore de proximo *scombergij* aduentu castra mouere eodem die Septembribus vicesimo quarto. At spe nouâ potiundæ urbis tertio Kal. Octobres iteratò in eam duxere curulibus maximi mo-di tormentis quatuor instructi, quo-rum perpetuis ab exortu solis explo-sionibus ingentem in labem muros depresso-runt, fossâ etiam ruderibus partiim, partim virgultis è materia latè æquatâ. Verùm cum essent ad impressionem omnia sub vesperam comparata, certus nuncius im-minentis *scombergij* aliò auertit curas, hostibus non sine horrore noctis

Leucatae cladem reputantibus.
Ipse interea *scombergius* imminen-
tem vrbi rupem qua facilis erat in
eandem ingressus per cohortes ali-
quot occupauit, & secundo Telli
directis in aciem mille circiter
quingentis peditibus, pauculisque
turmalibus ad campos vrbi subje-
ctos, ducentos ferè Gotholanos in
oppidum præfidiarios ex occupata
rupe induxit. Tubarum verò tym-
panorumque ingentem numerum
de proximis montibus longè latè-
que increpitare iussit, tam felici exi-
tu vt ratus hostis quatuor alias au-
xiliariorum legiones, & turmas
equitum plures aduentare, vt arte
vulgatum fuerat, de conuasando co-
gitârit. Ita sine vlo admodum stre-
pitu per intempestam noctem abs-
cessit. Sub auroram conscia inspe-
ratæ salutis ciuitas effusa est extrâ
muros, & vitæ libertatisque Paren-
tem *scombergium* omnium ciuium
communi voce professa est, & mi-
rifico sensu pietatis, renarrantibus

Le Latet
F.

D. Iuan de Gais.
fermè singulis intentas ab hostium
duce minas ; quod is iureiurando
confirmâsse diceretur, ad Gemonias
se vniuersos aut ad triremes vincis
manibus adacturum. Si quos fortè
militis furor prætermisisset. Et fe-
cerat antè seueritati suæ fidem mul-
tâ cæde Ruscinonensium. At, quod
vnice diuinum exclamabant, uno
illo obsidionis die, quam manum
ille in cælum iuraturus protulerat
eandem glande vnâ perfoderant
oppidani, alterâ vulnus lætale in-
tulerant, quo deindè oppetiit. No-
stris portò singulari gloriæ fuit,
quòd tantulo exercitu, quantulus
est peditum mille quingentorum,
equitum quinquaginta suprà du-
centos; peditum octo millia, equi-
tum septingentos in fugam egerint:
nisi fortè velis tubarum flatus, tym-
panorumque strepitus auxiliario-
rum habere numero & amplissimo
quidem. Sanè rei bene gestæ ca-
put est quòd est interclusus hostis
aditu Confluentini tractus, & vnâ

Cæretania, quam vtramque re-
gionem captâ insulâ recepturus vi-
debatur, ac proindè montes Ara-
goniæ aperturus ad auxilia, & com-
meatum genera omnia trâsmitten-
da; contrâ verò limes omnis Gal-
licanus cādem ope præcludendus
erat, cedente sic in prædam Castel-
lanis transpyrenæâ Gotholania.

METENSIS LIGVLA.

CAPVT XV.

Adornata in fraudem epistola
ligulæ creditur, & illudit
hosti credulo.

Anno Christi 1552. Henrico II.

R. Carolo V. Imp.

AD VEXERAT Carolus Obſidio
Cæſar in Diuioduri principis
Mediomatricorum ciuitatis obſi-
dionem, hominum centena millia,
tormentorum modi maioris, cen-
tum; quorum erat tanta moles, vt
Meten-
sis.

Iouius
lib. II.

explosorū fragor ad octogesimum
milliare pertinuisse ab Germanis
traditum sit. Hoc vnum erat Caroli
robur, quo præsidebat vno, reliquus
belli apparatus, numerus erat. Neq;
enim iure Italus ille sæculi superio-
ris Historicus Gallis exprobrat in æ-
neis tormētis quam in dextris & vir-
tute, fiduciæ plus inesse nostratisbus
solere. Hoc in hostes fortasse aptius
conueniat. Ergo iam pluribus locis
labefactati muri ruinam traxerant,
nec refici, aut interioribus vallis at-
que aggeribus, nisi ægrè admodum
muniri poterant; nisi quo dolo aut
virtute ab opportuna oppugnatio-
ne aliò reuocaretur hostis. Franci-
cus Guisius urbi præfectus grega-
rium militem ei rei tantò cautiùs
adornat, quantò minor opportuni-
tas in uno videri potuit. Perferen-
das Henrico Regi litteras, in hanc
sententiam tradit *rem in vado esse*
nihil admodum quod urbi timeretur;
fecisse Carolum è re nostra peropportu-
nè, quod eam in partem machinas ad-

mōrit, quæ esset firmiori cespite & latenti postico munimento exaggerata. Illò si curules canna traducerentur (certam murorum partem designabat) oppidò metuendum fore, daturum se tamen imprimis operam, ut quanto fieri ocyus poterit. Et hinc timori locus non sit. Hæc breui schedæ inscripta verba, in apice ligulæ ferreo tubulo indit, obtegitque curiosè, retusis de more laminulæ extremis. Tum iubet sub primæ vigiliæ tenebras, hostium castra inire, & nota per vestigia ita circumagi, ut custodum solertiam ne effugiat. Deprehensus non nisi vi aut minis adactus fateatur tandem, se ab præfecto tabellarium, sed verbo tenus Henrico destinatum, quem coram moneret ligularum inopiâ laborare ciuitatem. Grifum enarravit Tribunus, & femorali detraetâ ligulâ, *at babes,* (inquit) *luculentam.* Et dicto citius ad Augustæum Cæsari hominem sistit ille ficto timore perterritus, fateri creditam ligulæ epistolam.

Quam vbi Carolus perlegit nuntio in vinculis habito. Iubet auctum transvehi tormenta eam in urbis partem quam notarent litteræ. Labor tamen ille traducendi nocturno diurnus continuatus, vix ad multam iam diem (erant hybanni menses) tuto de more loco tormenta constituit. Guisius vbi primùm prosperi doli lux efusit murorum labes instaurare, vallum fossaque exhaustire, comportare agerem, vimineis cratibus, sportis, va-
terriss, dolis multo cespite suffartis, in eam altitudinem & crassitatem quæ glandium impressiones facile frustraretur. Nec verò factum se ludos Cæsar intellexit, donec deiectum tandem, quinques milennis explosionibus, turris quæ ad latu campanæ portæ Mosellam versus porrigitur, fastigium, plausus primùm insultantium detectis dolis militum tulit: mox discusso pulvere stuporem tulit, quod difficilior rem multò illâc *aggressionem* in-

*Soluta
obsidio.
pr. Ian.
1553,*

*Bertran-
dus Salie-
gnanus.*

terior operis munitio probaret. Ita innexa ligulæ epistola obsidionem dissoluit.

— — — — — *Votorum summa quid ultra
Queris? habet Cæsar propter quod rumpere
Somnum*

Iuuena-
lis
fat. 5.

*Debeat, aut ligulas dissoluere, sollicitus ne
Tota salutaris iam turba peregerit orbem.*

Henricus II. in emblema sumpsit
Iunulam cum Epigraphe.

Donec totum impleat orbem.

MONLVCIVS DICTATOR.

CAPVT XVI.

Multiplici arte rem Senensium
depositam iuuat, & hostium
conatus eludit.

*Ex L. I. comment. Anno
Chisti 1554.*

PRAEFECTVS erat Senensi
vrbi in Etruria à Rege Chri-
stianissimo, Blasius Monlucius, quo
tempore à Cæsarianis Mariguano

Siene en
Toscane.

duce obfessa est. Quam verò dignitatem à principe acceperat, auxit in re diffcili ac penè deposita, oppidanorum studium, & Dictatorrem dixit veteri Quiritium more virum cuius singulare robur pari cum soleitia coniunctum, poterat dictaturæ perpetuæ nomen etiam cum plausu retinere. Ita sanè gessit ut menstruam dictaturā præclara facinora immortalitate donārint. Quorum vberem segetem qui requirit, & Gallica & Italica monumenta peruvoluat: ego de pluribus aliquot ex instituti ratione deligo, quæ non modò fortitudinem militarem probent, sed eam quoque artem, quæ virtutem in dolos non illaudabili commercio inclinat.

Le Mar-
quis de
Maignan
dit Me-
dequi.

Matignanus prima hora de media nocte quæ Christi natali sacra est, impressionem instituit in arcem & externa propugnacula scalis ex inopinato admotis. Eam prouidisse animo visus est Monlucius cum speculatorum numerum, quos ex-

trà mœnia noctu solebat educere, tum solito etiam plures emisisset, à quibus curriculò, vt addecebat admonitus vix hoste primum impetum expromēte, delectam ipse manum suorum, & Italicas, Germanicasque cohortes è ciuitate auxiliares eduxit, tum quibus portæ custodiam credidit seuerè mandat, ne quem suorum nisi hoste depulso, ac ne se quidem admitterent. Ita regressu interclusus miles salutem commisit victoriae studio. Interea ut esset hostilis impetus grauis, erat tamen urbana perfidia etiam longè magis pertimescenda, quod esse plures intrà ciuitatem dicerentur qui hostium conatibus proditorio animo fauerent. Horum consilia ut elideret, & ab aperta molitione prohiberet, discurrere per urbem equites duos iubet, & dubio adhuc certamine, hilari voce gratulari ciuibus & certam victriam & depulsum hostem. Huic urbano malo, quo imposterum tutò

262 *Polyæni Gallici* ;
modum faceret : in custodiarum
& vigiliarum descriptione sub no-
tæm sorte deligebat præficiendos
eis præcipuè locis quæ viderentur
opportuna perfidiæ. Erat eiusdem
artis quod tesseram militarem sexta
quaque hora commutabat. His sol-
licitum habebat hostem & domi
& foris.

Verùm, vt erat hostilis exercitus
ductor callidissimi consilij ; nouo
in dies astu ciuium pertentabat ani-
mos. Erant in castris transfugæ ali-
quot; horum nomine & manu ob-
signatas & plures quidem chartas
puræ, cui cuidam è plebeiorum
ordine in manus tradit. Tum ex
vñ mandat in ijs ea perscribere
quæ rerum personarumque status
exigeret, & spargere cum videretur
opportunum easdem. Ex ea igitur
officina prodibant subinde litteræ,
per externarum forium commissu-
ras insertæ, in eorum maximè ædes
qui publicæ saluti bene vellent; ab
ijs scilicet transfigurarum datæ, qui-

buscum olim intercessisset familia-
ritas. Ergo pro veteri amicitia hortari
imprimis, ne Monlucij consiliis & se &
Urbem perditum irent: auxilij spem à
Christianissimo Rege prorsus nullam su-
besse: amare se etiam in exilio patriam,
& male de se merentem. Consulerent
sibi temporis, & in eorum societatem
coirent qui intrà Urbem patriæ secum
incolumentati studerent; eorum numerum
non exiguum esse, quos agnoscere esset
ex decussatis in cruce lineis, exili creta
ad infimas valvas ductu. Perlatis ad
Senatum (vt erat in votis hosti)
frequentibus, crucium indiciis car-
ceri addicti sunt è primoribus ordi-
num non pauci, quorum factioni-
bus sperabat hostis urbem breui
laceratam, proditum iti. Et qui-
dem ciuium in deprehensos impe-
tum cohibere vis non erat ullius,
nisi fuissest presentissimi consilij, quo
Monlucius in curiam ingressus,
quanquam reluctantes, & extrema
supplicia ex tempore decernentes,
religionis veneratione in eam men-

tem induxit, ut tantisper pœna proferretur dum publicis per urbem vniuersam supplicationibus omnium de more ordinum, vel hostis calliditas, vel ciuium perfidia certò deprehenderetur. Sic exemptis diebus aliquot, per publicas modò, modò per susceptas tributim supplicationes, auctor nefandi sceleris, & sparisor libellorum deprehensus est & peractus reus, ciuium reconciliauit animos.

Eorundem posteà deiecit penitus animos in consilia dedendæ vrbis certus nuncius de promouendis breui ad urbem curulibus tormentis; quibus impar omnis molitio futura esset, quod Monlucius morbo iam diuturno ægrè vitam trahens exiguo tempore conficiendus videretur. Instare igitur vel meticulosi, vel fraudulenti. Praefelli mortem antevertendam, patriæ amorem in melius vertendum; cum publica libertas priuatorum ami clade non potest, frustrà illudere oīlis ineptum nomen

Reipublicæ;

Reipublicæ; satius esse aliquam habere quam nullam. Tam lubrico rerum cardine res erat perardua confirmare animos ciuium. Sed vincēdi priūs inexpectatā specie oculi Monlucio; hinc in animos spes inducenda. Quare vir militaris & Gallicus Achilles, Paridem induit. Vetera illa paludamenta auro, gemmisque nitentia, quibus olim iuuenilibus in castris vsus myrthum retulerat; ad palmam quærendam induxit. Erat ornatus omnis ad pompam mirificè compositus; malè ad veteris ægri vultum, huic quoque suus est quæsusus arte decor, & Græcanici meri flore, quod vnum supererat vnguenti genus, adstrictu crebro bellè habentis color inductus. Ita sui nouo conspectu non exhilaratus tantum, sed in risum etiam effusus, familiares primum, ductores dein dè ordinum nouo spectaculo perculit, mox in vberem lxtitiam ac penè cachinnos soluit. Hinc comitia periturus regiæ militiæ principes

secum abduxit; obuiis quibusque salutem deprecari, spem animosque facere, sibi restituta Senensium causa diuinitùs sanitatem, vires eas suppeteret, quas eludere non possit hostis: sibi suisque & exercitus uniuersi ducibus certum esse, vim, industriam, vitamque reipublicæ Senensis gratiâ impendere. Eâdem usus in curia oratione, iussit insuper dextris in cœlum sublati sacro sancto iureiurando in extrema omnia fidem obligare ductores secum uniuersos, metum tandem omnem expulit noua species orationis & oratoris.



GALLVS PVRPVRATVS.

CAPVT XVII.

Induto Cæsareanorum insigni,
variè illudunt hosti trans
Alpes, Galli.

*Monlucius lib. 1. comment. sub
Francisco I.*

IN S T A V R A T O in Imperatorem Carolum per Insubriam fœderatam bello, ducebat ordines militares auspiciis Thermetis & Boterij, Blasius Monlucius, in uictæ semper solertiæ: quam per se ipse saepius testatus, per suos etiam insigniter probauit. Obtinebant ea tempestate nostri Insubriæ pleraq; oppida; in iis Bargefium, cuius ciuis Francicæ rei perstudiosus Granucinus ab hostiū excursoribus fortè captus, Fossanum in proximam urbem abductus est. Hic inter vincula captiuus; præfecto vrbi & arcis

Les
Sicurs
de Ther-
mes &
Botie-
res.

Le Com-
te Pedro
d'Ap-
port.

comiti Petro Apportio victori, cui
dit vincula, atque ut scias quām tu-
tō, victorem in incudem transtulit.
Rogat enixè, metu mortis per ali-
quot dies perfundus, agere sibi
cum præfecto liceat, esse quæ audi-
ta velit. Adeundi factā copiā
sancte pollicetur Bargesianam ar-
cem ac vnā proinde urbem, si emit-
teretur, proditurum se; tum pro-
dendi ratione patefactā, fidem in-
uenit apud cupidum. Emittendus,
obsides fidei vxorem & filium tra-
dit, tum liber, per speciem confi-
ciendæ pecuniæ quæ ad obsides re-
cipiendos transmitteretur, Sauilla-
num ad Thermetem adit, & con-
scio Monlucio indicat, in animo si-
bi esse probabile consilium Appor-
tium comitē, spe arcis Bargesianæ
irretiendi viam tum aperit mox des-
cribendam. Hærere primū Ther-
metes, nec tantæ rei, tamq; pericu-
losæ aleæ desiderari velle Boterij,
auspicia. Verum à Botterio qui tum
Pignerolij agebat, cum incerta

admodum consilia remitterentur, veritus ne geminatione doli fœdus aliquis exitus rem suscep tam corrumperet; obnunciaturus omnino videbatur, nisi dubiam mentem audiendi perpetuus auctor confirmasset Monlucius. Rei tandem explicandæ traditâ Monlucio prouinciâ; Granucinus Apportum per adornatos monet, rem in tutò esse; Corruptum iam esse ianitorrem Scotum, ut receperat: proxima arci carecta insidiis occupanda, nocte ea quæ dominicum diem antecedit, sub lucem emissurum se præfidiarios præter Scotum vniuersos, qui obtentu rei diuinæ operandi, eos de ciuibus qui se antè prodidissent duos comprehendenderent; Apportiani interea in arcem per pseudotyrum inducerentur. Ita hostes illexit; nostris verò ad urbis pomœria in eandem noctem condicit: Hos ducebat Monlucij legatus Fabasius duci suo & militari spiritu & præsentia consilij suppar. Erant verò

omnino quadraginta, qui cum ad posticum occulto itinere perrepserint ab Scoto & Granucino admisi, conscio tamen arcis præfecto, Lamothio, in adornatum conlaue. Silentio conduntur: mox præsidariis iam dubia luce condictum in locum & negotium extractis, signum panni carentis, ut conuerterat, de superiori loco, postico imponitur: quo signo exciti Appor-tiani, circiter quadragenii gradum de sub carectis promouent & arcis subeunt. Hinc reductis valuis in atrium inducti, crate ferreâ drepentè deiectâ à nostris, in id adornatis, & circunuenti & capti; non operoso certamine vinciuntur uni-versi. Hunc forte manipulum cruciibus. Cæsarianorum more purpu-reis insignem, in arcem per pseudo-tyrum subeuntem viderat rusticus quidam, & curriculo in ædem sa-cram procurrerat, arcem à Granu-cino proditam vociferatus. Hic ni-mirum præsidarii nostri retrò ce-

dere, arcu periclitanti ope m ope-
ramque magnis clamoribus & am-
bitione magna polliceri: præser-
tim cū strepitus adhuc aliquis con-
certantium audiretur, & partes, vt
fit, Imperium hinc, indè Franciam
in clamarent: verū vbi consedisset
imperius partium victoriā, dereptum
hostibus vexillum Cæsarianā cruce
decussatum, pinnis defixēre. In ex-
ternum hunc nostrorum manipu-
lum noui præfidiarii sclopos aliquot
explosere, terrendi non lœdendi
gratiā in sublime scilicet colliman-
tes. Absterriti igitur, omni depo-
sitā spe ne qua eruptione intercipe-
rentur. Pignerolium ad Boterium
decessere manipulares: hinc spar-
sum à succensente Boterio graue
nuncium, de capta arce Bargeiana,
toto in sequenti triduo Thermetem
simul, & Monlucium in grauem
mœstitiam depressit. Fidem etiam
augebant oppidani aliquot Barge-
sio profugi, qui vidisse se dicerent,
& pro pinnis, & ad exteriorem cu-

studiam insignitos purpureis crucibus milites: Fabafius enim ut, Cæsariano præsidio teneri arcem docebat, hostium insignibus suos induerat, & qui hispanicè scirent priori custodiae præfecerat, ut oppidanos commeatum arci inferentes exciperent. His tot indiciis quasi priorem in aciem callidè digestis, supererat gerendæ rei postremus articulus, comitis comprehensio; & commodùm erat inter Apportianos captiuos comiti percharus sacerdos, iam aliquo ante tempore Bargecio exulare iussus; ab eo litteræ extortæ quibus comitem moneret, *captam à suis Bargeianam areem, in eam tutò conuenire posse, & maturato quidem opus esse.* Tam probabili in speciem perfidiæ, fidem aliquam non habere animi fuisset & suspiciosi, & lentioris: non negat Apportij ardens cupiditas: Bargeium oppidum cum turma equitum adit; ab oppidanis extrà urbem honorifice exceptus; iussis corpora procurare

equitibus ipse recta ad arcem properat tribus admodum comitibus; & quod erat præruptus accessus frænis equi trahebantur: ubi proximè diatyro exteriorem ad sepem accessit, male opportuno loco cunctabundus; Fabasius moræ impatiens, & metu ne parata tot artibus præda, de manibus elaberetur; per bipatentes exemplò fores, cum suis erumpit. Capti præco & comitis nepos; tertio equite fugâ elapsi: Apportius glande traiectus qua parte Coxendix dorso committitur, perfossis extis concidit; & in arcem abductus est. Cladis admoniti turmales excessere oppido: mirâ omnium consternatione. Comes verò die insequenti vulneris grauitati & fato concessit. Recepti post modum Granucini obsides, funere Apportij Fossanum illato, & præfecti nepote libertati restituto.



BOSCIUS VIVANTIVS.

CAPVT XVIII.

Casale obseßum ab Hispano, subit
veste pedisse qui induit.

Anno Christi 1628.

Le Sieur
du Bosq
Viuant.

HAVENT stimulos vera gloria;
Urget acriter quos semel in-
sedit. Proximam ab Hispanico exer-
citu Casalis obsidionem vix distu-
lerat publicus rumor, cum Boscium
Viuantium nobilē equitem infinitum
incessit desiderium inter Gal-
los præsidiarios merendi. At His-
panus & tenacis & occulti consilij,
obsidionis ipse famam positis ad
Casale castris occupauerat duce
Gonsaluo Cordubensi, Obstruo
igitur omni ad urbem obseßam
aditu; quod aperta vis efficere non
potuit, Viuantius ab arte mutuatus,
per ipsos hostes etiam non inuitos
dolo viam aperuit. Ut iam victo-

riæ præiudicium esset, dolo captus hosti. Destinarat sub initium ob-
sidionis Mantuanorum Princeps ad
Cordubēsem legationis nomine de
familiaribus Mombrunum eque-
stribus stipendiis præfectum. Illi
se comitem plebeiam veste conscio
Principe & legato proficiscenti
commendante, in servum tradit.
Eciam Mediolanum ingressus cum
suis Mombrunis, Mantuanæ rei dif-
fusus de legato transfugam fecit,
cepitque Casalis prodendi consi-
lum. Quo de Gonsalvum prope-
ratò, traditis Viuantio litteris mo-
net, rogatque sibi, fide publicā co-
piam fieri in castra hispanica adeun-
di; seruo autem qui litteras dedisset
in arcem obseßam, ex quâ scilicet
legati & domini supellectilem aue-
heret: In utrumque fidem publicam
obtinuit qui suam exuerat. Inte-
grum est Viuantio quod omni ope
ambierat. Copiam tamen in urbem
adeundi ita temperauerat ex more
Gonsalyus, & sollicitè excusso sinu,

Le Sieur
de Beu-
ron.

totaque explorata prius veste, vrbis
ineundæ potestas seruo fieret. Illi
operæ dum accingitur hostis, &
curiosè singula vestigat, iam sub
manum loculus erat, cui Viuantius
shedam crediderat à Mantuano
principe Beuronio arcis præfecto
deferendam; cum in ipso rei dete-
gendæ articulo, erumpentibus ex
oppido Gallis, totis castris turba-
tum est, & intermissa lustrandi cu-
rà. Absque eo fuisset verendum
omnino erat, ne seruulis formæ
vit generosus pœnas expenderet.
Ita subductum scrutatorum indu-
striæ Viuantius, vbi sedatus est ca-
strensis tumultus, regressis in vr-
bem præsidiariis ipse tibicinem, ex
militari instituto, secum ad vrbis
mænia sifit, & in eam admissus da-
tis mox ad Cordubensem litteris,
boni doli seriem enarrat: *Urbane*
militiae beneficium non immemori colla-
sum esse; eò se porrò connisurum ut pro-
bè hostis intelligeret seruiles animos,
ne im famulari quidem cultu gessisse

nedum in clamide gesturum. Exca-
duit enim verò Gonsalvus harum
litterarum recitatione, & grauiter
deindè Mombruno succensere vi-
sus, iracundiæ tamen eum modum
fecit quem transfuga spe maiore
præscripsit. Vndè ei litteris Viuantio
testatus est, eius se causa Mom-
bruno reo veniam dare, agnoscere se
Gallicanos spiritus quorum esset tam
periculosa alea gloriam pacisci.



COMMEATVS. ATREBATENSIS.

CAPVT XIX.

Curribus vacuas capsas vectantibus deceptus hostis viam quam obsederat liberā reliquit, quā tutò illata annona est in castra Atrebatenſia.

Mense Iulio anno Christi 1640.

SPERABAT Cardinalis Hispanus, nuperam obsidionem Atrebatenſis ciuitatis, cum vi non posset, intercluso commeatuſe dissoluturum. Eò mediis Atrebates inter & Dorlentium castris locum ceperat iusto exercitu; vnde crebris excursionibus infestum latè iter obſidebat. Nec ſpes vlla ſupererat noſtris promouendæ obsidionis, niſi annonæ difficultas quæ in dies ingraueſcebat, breui laxaretur. Quam-

quam enim furtiuis identidem
commeatibus cibaria in nostra ca-
stra importarentur, pauculorum ta-
men priuatotum copia, publicæ
inopis modum facere diuturnum
non poterat. Apparatus igitur am-
plissimus, & vberrimus commeatus
in castra inducendus Dorlentij co-
gitur, & vicinis item in ciuitatibus
Francicæ ditionis. Huic enim verò
vni incubare hostis, hoc uno cardi-
ne rem Atrebatensem verti arbitra-
ri; nec imperitè. Hoc tamen minùs
è militari solertia, quod illudi sibi
turpiter passus est. Erant Corbeiæ
militum nostrorum cohortes ali-
quot quæ speciem exercitus susti-
nere possent. Hæ in aciem descrip-
tæ, præsidio esse iubentur Rheda-
riis Corbeiensibus qui permulta vi-
delicet plaustra vacuis onusta capsis
ea via cogerent quæ Ancram ducit.
Nec dum excesserant de pomœriis,
cum detulit ad hostes properatò,
seu fama, seu perfidia, ingentem il-
lum quem iam pridem adornari

coimeatum audiuerant, in procinctu esse. Erumpunt illico prædones famelici, & deiecto aggere castrorum suorum, in nostros ducunt eam in partem quæ necessarium erat iter instituendum. Et iam processerant nono milliari, cùm in hostium conspectu quasi prorsùs inopinato turbatum statim, & ex composto imperata fuga, intra spatiū quo hostis quamquam incitatus immineret cōsequi minimè posset. Rhedarij sanè artis ignari, & suopte agente metu, & onerum leuitate, nouem tota milliaria quinque horæ quadrantibus confecere, & Corbeiam tenuere incolumes. huic dum simulatæ fugæ insultat hostis, Dorlentiana via cumulatissimus ille de quo ante, cibariorum apparatus in Atrebatenia castra tutò illatus est. Nec ita multò post dedita ciuitas.





POLYÆNI GALICI
SYNTAGMA QVARTVM.

A R I E S.
SIVE, DE INFERENDA
O B S I D I O N E.

VIENNA CAPTA.

C A P V T P R I M V M.

Irrumpitur in urbem per formas
aquæ-ductus.

*Anno Christi 501. Gaginus,
Æmilius & alij.*

 D E S I L L V M Gondo-
baldi Burgundionum
Regis germanum fra-
trem nouarum rerum
cupidum, illexerat in spem aliquam
regnandi magnus Clodovæus. Nec

frustrà auxilia pollicitus duxit in Burgundos Francus. Sub primum verò statim congressum transfugit ad hostes cum suis Odesillus, ut conuenerat. Quo spectaculo perculsus Gundobaldus confusæ mentis consilia in fugam explicuit, & suorum desertione pudenda, secundo Arare, & Rhodano, Auenionensium mœnibus terrores suos commisit. Clodouæus ignauia Imperatotis turbatum hostem infinitâ cæde persecutus, urbem etiam in quam perfugerat obsedit; adegitq; Gundobaldum in eas pacis conditiones, quæ & fratri suam dignitatem assererent, & annum Franco vœtigal offerrent. In antecessum pecuniæ tantundem à Burgundo datum, quantum in annuam summam daturum tributi nomine receperat. Ita victoris iram callidè repulit Gundobaldus; & secessu Francorum in perfidiæ ansam abusus, Odefillo fratri incubuit; quem Viennam Allobrogum ingressum

arcta obsidione circumdedit. Paucos intra dies, ut venire solet vslu in re minus prouisa, laboratum graui-
ter est in oppido annonæ penuriâ;
quam vt leuaret Odesillus nume-
rosam plebem extrâ muros eduxit.
Erat in eo numero publici aquæ-
ductus curator, vir audacis indu-
striæ. Is ad Gundobaldum ira suc-
census adit, consilia capienda vrbis
expromit, neimpe, viâ sibi notâ, per
aquæductum. Iracundæ solertiæ
credita res. Erant in editiore ad
vrbem loco subterranei specus,
æstuaria aliquot, & immissaria col-
ligendis inducendisque aquis sub-
structa, terræ tamen aggestione &
ruderibus obruta. Hæc verò vbi
à concio aquæductus procuratore
subducta sunt, eodem ipso ductore
non contemnenda militum manus,
occultis per formas meatibus in
mediam vrbem erupit. Quo pun-
cto temporis vniuersos penè Ode-
fillanos ad murorum tutelam auer-
terat hostilis impressio ex composi-

284 *Polyæni Galici* ;
tò noctu suscepta. Hos ergo inopinatus tubarum clangor, & hostium vociferatio media ex urbe insultantium eo stupore defixit, ut de muris vñâ & de spe tutandæ urbis deiecti, ad sanctiora loca vitæ perfugium quæsuerint. Capta ciuitas prædæ fuit. Odefillus ad ipsas aras in victimam cessit fraternalè iræ.

ACCONITANA COLVMBA.

CAPVT II.

Francis Acconeim obfidentibus Saladinus columbis in urbem litteras transmisit, quarum vñâ captâ litteras in contrariam sententiam misere Franci

*Emil. in Phil. 11. Egnatius c. 4.
lib. 7. Anno Christi 1191*

ANNVM iam tertium obfidebat Guido Ierosolymorum Rex munitissimam Phœniciaæ ur-

bem Acconem, seu Ptolemaïdem; quam tertio decimo iam ab anno Saladinus Ægypti Sultanus occupat. Eò Philippus Augustus prospero, tot marium decursu feliciter appulsus, urbem ad ditionem quarto admodum mense compulit. Quo temporis intermedio fluxu Saladinus ut auxiliares suis copias, & annonam submitteret, imminebat Francorum castris, & maritimo, & terrestri exercitu infestus. At erant solerti curâ, & nostrorum militum fortitudine obstructi omnes ad urbem commecatus. Ægyptius ergo Syrorum, Saracenorumq; more cicuri columbæ, suspensas è collo litteras ad suos dedit: quæ cum Francorum castra transuolaret, solemnis doli suspicione commotus exercitus, uno quasi spiritu tantum clamorem sustulit, ut siue insolito strepitu; siue aëris vehementius concussi motu exterrita, intra nostrorum castra, cis urbem conciderit. Detractæ exemplò lit-

nostrati-
bus
Acre di-
citur.

V. Plu-
tarck.
in Fla-
minio.

286 Polyani Galici,
teræ, ad Principes deferuntur : ha-
rum erat hæc sententia : starent mo-
dò in fide, & spe constantiam alerent;
paratam opem in proximo esse, præsti-
tuta die non defuturum se. Principum
iussu in contrariam sententiam
concreditæ sunt columbæ litteræ.
Quibus, omni præcisâ spe ; cum
iam in procinctu esset Christiano-
rum exercitus, ut per labefactatos
à Philippo muros irrumperet ciui-
tatem præsidiarij dedidere.

Cincta mari, terraq; tibi quod clauditur Accon
Non satis est Francis, o Saladine, viris.
Fit quoque Francorum castris imperium aër,
Nec sua iam tutò regna volucris habet.

In obsidione Harlemensi reperiitum ex
antiquitate ministerium columbarum lit-
teras perferentium. Paulò enim ante-
quam clausa fuisset nuntiis via, Harle-
menses ex urbis columbariis ad orangij
classem, & vicina sociorum oppida, co-
lumbas aliquot cicures asportarunt : que
deinceps ubi opus fuit cum litteris subter
alas alligatis emissæ, tecti queque sui,
prolisque memor Harlenum reuolabant,
ac per aërios bosce tabellarios orangius

ad perferendam tribus postremis mensibus obsidionem ciues obfirmauit. Donec earum una dum ab volatu defessa castris insidet, à milite artificij ignaro forte tranfixa litterarum arcana patefecit. Strada libro septimo 519.

Videndum Plinius lib. 10. c. 14.

Frontinus l. 3. c. 13. Les lauriers de Nassau p. 136. Iac. Zenocotius ad c. 4. l. 4. Flori.

IGNIS CASTRENSIS.

CAPVT III.

Tortosam in Asia Piletus capit tubis frequentibus per noctem increpans & excitatis magno numero ignibus speciem exhibens totius Christiani exercitus.

An. Chr. 1191. Philippo Aug. R. ex Roberto Monacho l. 8. Ieros. hist.

PROTRACTA in plures menses Ptolemaidos obsidione, varia circum oppida tumultuariis

Vide
Colum-
bam ac-
conita-
nam.

oppugnationibus verius quam iustis
castris, à Principum Christiani exer-
citus legatis recepta sunt. Rœmuni-
dus Piletus Rœmundi Tolosatis
auspiciis Tortosam vicinam urbem
portuoso mari adsitam, aggressus
ex inopinato sub inclinatam iam
diē, frustra quod supererat lucis ab-
sumpsit, invicto hostium numero,
non robore. Intendentibus iam
sese tenebris suos à murorum op-
pugnatione ad proxima urbi iuga
recepit. Et quasi coniuratas cum
hoste tenebras vincendas prius sta-
tuisset quam hostes; frequentissi-
mos totis circum urbem castris ig-
nes excitauit & speciem numero-
sissimi exercitus oppidanis obiecit.

Quam ut hostium opinionem
vehementius accenderet, non autem
ignes succendi iussiferat, quam plu-
ribus locis secundâ circiter vigilia,
tubarum, tympanorumque imma-
nis undique strepitus infinitam co-
piarum aduentantium multitudi-
nem prætulisset. Ratus hostis uni-
uersum

uersum Christianorum exercitum
ad urbem castra fixisse, nocturnas
inter tenebras ad proxima Sarace-
norum præsidia evasit; vacuanque
ciuibus & militibus ciuitatem, sed
commeatum eandem & gazæ ge-
nere omni refertam, nostris in præ-
dam concessit.

CALVÆ ANTIOCHENÆ.

CAPVT IV.

Franci in obsidione Antiochiæ
cæsa hostium capita partim in
vrbis conspectu præfixere palis,
partim fundis in vrbē immisere,
& illato in ciues & præsidiarios
terrore, ciuitatem receperē.

An. Chr. 1098. sub Philippo primo.
Albertus Aquensis l. 3. Æmilius
in Phil. &c alij.

A N N O S iam septendecim
infederat Antiochiæ de gree-
co Turcarum Cassanes Tyrannus.

• • N

Vrbs erat Asiac totius, & ciuium
multitudine & agri vbertate longè
florentissima, decimo ferè à mari
Phœnicio milliari Orontem inter
& vicinum lacum sita, dupli mu-
ro & turribus quadringentis cir-
cumsepta. Reliquum porcò bellicæ
rei apparatum indè æstimes licet,
quod vrbis arcisque præsidium ad
septena equitum millia, ad pedi-
tum vicena excurreret. Terrori po-
terat esse hosti vel abundè, nisi in
Gallicanum incidisset, qui vires
hostiles gloriæ segetem interpretari
solitus, ea quæ in vulgus differe-
bantur Turcica terriculamenta, au-
daciæ argumentum fecit. Et iam
septimo ferè ab obfessa ciuitate
mense nouus ingruit in Gallos ter-
ror ab auxiliaribus Persarum copiis
quarum erat numerus tricenorum
millium: at fama maiorem tanto
altero vt solet, fecerat; vt Franco-
rum quoque maiores animos face-
ret: fecit certè vel ipsa vincendi
gloria maius decus cum exigua no-

strorum manus magnum hostium numerum expugnauit, dum minorem opinionem est agressa. Selecti sunt ex equitum numero septingenti admodum: ij iussi sub noctem in procinctu esse, consilij tamen ignari. Verum quia militares equos plerosque omnes, diuturna obsidio, pugnarum frequentia, pabuli penuria, cibariorum inopia postremò etiam militum fames cōfecerat; vix principibus ipsis & pauculis turmarum præfectis opportuni bello equi supererant, cæteri castrensis iumentis, macilentis, strigosis equis, mulis etiam non pauci, atque adeò vilioribus canterüs insidebant. Lixas crederes non Asiae victores. Has utrumque descriptas censorum equitum capite & manu, non equo & ephippiis turmas, educūt è castris **Gothofredus Bullionius**, & **Rœmundus Tolosas**, intempestæ noctis illius silentio quæ præscriptam auxilio diem (ut erat ab exploratoribus & captiuis compertum)

antecessit. Et altera iam vigilia in itinere consumpta tertia circiter castris locum capiunt, inter angustias eoëuntium abruptisiugis montium, quâ videlicet hosti necessariò subeundum esset. Ut verò primum diluxit, hostibus in eas fauces imminentibus, ita est in aciem descriptus exercitus, ut medium obtinerent qui ab equis paratores essent, cæteri vtrumque cornu ad ipsas usque rupes æquata fronte occuparent, ne in tessa ipsa niti hostis impunè posset; medij equites liberiùs per plana ingruentem disiarent. Dei auspiciis bona mens optimæ causæ feliciter cessit. Hostis enim iniquo loco, æquum numerum obijcere coactus, imparem illico expertus est. Cæsi bis mille duntaxat, cæteri fuga dispalati, abiectis armis & Sarcinis in proximas rupes & sylvas abditi, opportuna victoribus spolia reliquere, capti equorum militarum multa millia: quibus partim imposita gaza Persi-

ea, partim annona; quod aucto
 more Turcæ in nostra etiam hæc
 tempora propagato, folles farina
 suffectos in bello circumferre sin-
 guli solent; illâ verò Antiochenâ ex-
 peditione etiam in urbem com-
 meatum importare satagerent. In-
 tereâ in nostris ad urbem castris
 turbari cœptum est, quod Cassanes
 proximi, ut sperabat, auxilijs præfi-
 dentia crebris eruptionibus à prima
 luce nostros haberet sollicitos. Tum
 verò maximè cum reduces à Ter-
 mopylis suis Galli, proximis è iugis
 in conspectum vrbis & castroruin
 venere. Cassanes enim castrensi ap-
 paratu & Turcicis signis in pugna
 captis, suos propterea interpretatus,
 effusis tota vrbe agminibus in inte-
 riora nostrorum castra inuasit; sed
 breui repressus impetus, cum cla-
 dis suæ præiudicium, ex sociorum
 exitio, & hostium victoria intelle-
 xit. Gothofredus ut regressis in vr-
 bem terrorem aangeret, quæ cæsa
 Turcarum capita equites singuli,

de equorum pectoribus suspende-
rant, eorum quadringenta fundis,
& muralibus ex sæculi more machi-
nis in urbem immitti iussit; tercen-
tena palis ad muros præfigi, hor-
rendo sanè spectaculo, & immani
prorsus exemplo nisi in barbaros
fusceptum esset. Tantus enimverò
incubuit hinc in obsessos metus, ut
potissima visa sit hæc capiendæ ci-
uitatis machina.

AD GOTHOFREDVM.

Proditor es, Gothofrede, hostes inducis in urbem!

Quos melius muros Scanderis, hostis habet.

An pugne noua forma, nouum decus exhibet?

hostes

Exigat ut veteres hostis ab arce nouis.

Cum erupissent obsessi Antiochenses,
cets plerique à nostris, quorum capita
quatuor iumentis imposita ad portum ~~et~~
classem Christianorum missa sunt, ut
Babylonij legati illic forte versantes spe-
ctarent. Narrat Baldricus lib. 2.
hist. Ierosol.

In Nicæam item immissa bali-
stis capita Turcorum tradit Rober-

Diodorus Siculus ait Gallos de Romanis victores, triduo tamen subsedisse antequam Romam ipsam aggrederentur & primū diem transfigisse in rescindendis hostium cepitibus, ex patrio more. *πρώτης ήμέραν διετέλεσθαι ανακόπορτες τὰς κεφαλὰς τῶν πελμάτηκότων, καταπίπαντας* Θ. vide Cluverium in Germania.

MANGANA BELGICA.

CAPUT V.

Manganis siue machinis muralibus iaculati Franci tabida castrorum iumentorum cadavera Thuinum castrum ad ditionem compellunt.

Anno. Chr. 1340. Froffarees.

RE BELLANTIVM Belgarum partes fouit ex veteri odio Anglus, in Philippum sextum. Is Ioannem filium Normannorum

Vide
Suem
Belgi-
cum.

Thin
Euef-
que.

media &
adenti-
zatae
obfes-
sum ca-
rum.

Ducem bello præficit & in Came-
racensem primò tractum dueere
imperat. Thuinum arx erat illo sæ-
culo munitissima, ad Scaldis oram
imposita, quam præsidio anglicano
infessam, admotis ad muros veteris
militiæ machinis obsedit Ioannes,
patre Philippo præsentem operam,
sed priuato nomine conferente.
Vtrius verò commento, nouo vñu,
veteres machinæ displosæ sunt, in-
certum fecit historicorum fides.
Hoc sanè constat, nouarum glan-
dium emissionibus potiundæ arcis
viam apertā esse. Nam cum cespiti-
tio opere crassiùs exaggerati mu-
ri, lapideos globos contumaciùs
eluderent; ductorum iussu, glan-
dium, globorumque loco transmu-
ros, in ipsam arcem immissa sunt
iumentorum castrorum tabida
cadauera, tanto vndique numero,
tamquæ infesto præsidiariis fœtore,
vt ij, quòd nullæ suppeterent ma-
chinæ, regerendæ in hostem pesti;
arcis incendio fugam redimendam

rati, subiectis noctu ignibus in alteram ripam ad suos evaserint. Nostri eum incendio modum fecerunt, ut quasi expiatam arcem & gemina iam peste liberam, veteri toparchæ Cameracensium Antistiti bona fide restituerent.

Manganæ machine bellicæ. Vide Lipsium Poliorc lib. 3. c. 3.

GVESCLINIVS LIGNATOR.

CAPVT VI.

Habitu Lignatorū duce Guesclino Fugeræum in Britonibus capitur, impeditis Lignoruin fascibus valvis.

An. Chr. 1355. ex Argentrao.

B E L L O commissis inter se Britonibus; ductorum alteri Carolo Blesensi in Ioannem Montfortium adhæsit Bertrandus Gues-

clinius ille nimis rūm qui bellicæ fortitudinis claritate inter fabulosos sæculi heroas, præcipuum nomen apud Hispanos obtinuit: apud nostrates equitum magisterium, seu stabuli comitatum: quæ princeps est Gallicanæ militiæ dignitas. Vix Principi Carolo Sacramento dixerat, cum ad apicem bellicæ virtutis niti cœpit, annos natus ferè septendecim, famæ potius quam dignitatis splendore manum militum facile contraxit. Cui alendæ quod impares longè sumptus Carolus suppeditaret; grassari verius quam bellum in hostem gerere cogebatur. Ergo nocturnis excursionibus vias obsidere; imminere Monfortianis infestus, palantes deprædari; interdiu saltus & sylvas insidere. Committones ex æquo omnes habere, prædæ quidquid collectum esset viritim diribere, nihil præcipuum sibi, nihil alteri sumere; hoc vnum sui iuris ducege ut grauiores in laboribus; in belli alea priores

ferret. Verum quia nulla certa sedes, perfugio erat: tædio vertebarū desultoria militia, illi certè qui cùm milites commilitones duceret contubernales habere non poterat, cassus omni contubernio; solis saltibus & præruptis saxis tegi solitus. Erat eo sæculo in Nannetibus arx munitissima (fugeræum etiam num dicitur: sed pagus est nullis mœnibus insignis): eius protiundæ copiæ fecit præfecti servus; qui cum in proximam oppido syluam (Tillæos saltus nominant) ingressus esset, in Guesclinij manus imprudens deuenit. Ex eo accepit Guesclinius, arcii præfectum Robertum Brembionem Anglum præsidiarios plerosq; omnes eduxisse, ut Blesensis copias aliqua arceret. Illico suos in procinctu esse iubet, & mediis è saltibus ad oram illam quæ oppido arcique obiecta est, procedere. Eò loci captiuum servum & rusticos aliquot, quos hoc ipsum ut strueret præter consuetudinem ceperat, ad

Fouge-
ray.La Fo-
rest de
Tillay.

arborum truncos singulos, pluresve
deligat. Tum suos bifariam digerit,
erant omnino sexaginta, partem il-
lorum ad extimam oram desidere;
partem rusticas captivorum vestes
inducere, vna secum iubet. His rusti-
co cultu induitis tradit. In manus
singulis asciam, aut securim, struem
lignorum in humeros imponit, si-
cam bardocullo subiicit. Ita suc-
cinctis lignorum more praedit can-
nabinatus Imperator, onustus &
ipse exterius limen arcis nondum
attigerant cum rogit Guesclinius
custodes; ecquid usus esset lignorum
annuentibus, proprius pedem ad-
mouet, & capite obstippo quasi
grauante onere in reserata claustra
suorum aliquot inducit: ac Prin-
ceps ipse excussa lignorum mole
occupat fores impedire; idem &
socij praestare certatim, abiecto
onere vires, animumque induere.
Tum implicato frondibus atrio,
portae custodem conficit Guescli-
nius; alij alios singuli singulos; hinc

vtrimeque sublatus clamor & resi-
duam præfidiariorum manum &
Guesclinianos è sylua in pugnam
elicit, certatum est, & diu & acti-
ter, fidei hinc; hinc gloriæ stimulis.
Postius tandem non incruenta
victoria Guesclinius quamquam
faucius ipse, Bremonis tamen re-
ditum anteuertendum ratus, præ-
fidiariis, si qui reliqui essent in vin-
cula datis arcis custodiâ legato tra-
ditâ turmam equitum tacite edu-
cit, & quâ erat in arcem reditus eò
properè pertendit. Et fortè ex
itinere captam arcem acceperat
Brembro; quo casu grauius quâm
decet militarem virum percussus,
palantis in morem, incertusque
consilii Guesclinij agmine excep-
tus est, & suorum ingenti clade
cæsus.

*Cantum est Mercurius ligno ne fiat ab omni
Ex omni Marte, Guesclinius arbore fecit.*

NAVARRÆI
LATRVNCVLI

CAPVT VII.

Ebroïensis urbis arcem occupat
Gramvilius cæso ad fores inter
confabulandum Præfecto.

*Froissartes lib. I. cap. 176. Anno
Christi 1357.*

La prise
d'Eu
reux.

ABDVCTO in Angliam
Ioanne Rege , cuius iussu in
carcerem plures ante annos com-
pactus erat Rex Nauarreorum
Carolus ; in spem rerum nouarum
erecti sunt Nauarræi. Quos inter
Guillelmus Granvilius arcem &
urbe Ebroicensem, quam Carolo
abstulerat Ioannes, singulari pror-
sus arte de Francis recepit. Huius
vniversa ditio in tractu Ebroicensi,
ipſi penè metropoli suburbana, ho-
minem inuitum Ioanni addixerat.
Sed non est diuturna imposta fides:

quanquam enim Philippum Nauarræi fratrem Francos bello laces-
fentem secutus non est; erat tamen
animo Nauarræus, quem demùm
turbatis Franciæ rebus ad opportu-
num nocendi tempus exprompsit.
Affidua enim urbanæ consuetudi-
nis frequentiâ, & ciuibus & arcis
præfecto in Francicam rem pronus
haberi primùm cœpit: tum com-
municatis cum uno de primoribus
ciuium & veterum Nauarræj ami-
corum consilio, in doli communio-
nem cétenos alias adornat, & indi-
cto insidiis die stare in armis in ædi-
bus coniuratorū vnius, arcis propin-
quis, mandat. Ipse uno assecula fa-
mulo per subiecta arcis spatia solito
more inambulare, & quasi animi
reficiendi gratia oberrare, donec
arcis præfectus, liberioris cæli gra-
tiâ reserato ostiolo ad valvas eges-
sus, composito saluere iussus est à
Granvillio, & tanquam ab otioso
de recentibus nupatiis interpellatus,
cùm negaret sibi noui quidquam

304 *Polyani Gallici*,
intrà arcanam solitudinem inno-
tuisse. Fingere nimis rùm ex animo
Granvilius, & stupenti mira denar-
rare, quæ vulgo differuntur. Im-
primis sibi è Belgio transmissum,
extrema omnia imminere Anglis, in
quos immenso apparatu copias educerent
ad centena hominum millia Danorum
& Hybernorum Reges. Porro in fatis
& antiquis Vaticiniis tradi perituram
à Danis Angliam; hinc percelli Bri-
tannos insana consternatione & fide-
ris britannici vniuersos, à Belga equite
per litteras accepisse. Quod vero ho-
mo crassioris mineruꝝ, & tenuioris
martis, ludo latrunculorum minifi-
cè caperetur, adiecit Granvilius,
eiusdem equitis missu delatos alueolum
& latrunculos artis ad stuporem mira-
bilis. Hic homo bellicosus, Danici
belli oblitus; Latrunculos posseere,
prouocare ludo Granvillium non
resuenterem: cuius famulus per spe-
ciem alueoli afferendi emissus, ubi
ad procinetum a ornatos coniura-
tos vidit, inflato cornu signum de-

dit. At Granvillius quasi moræ impatiens moræ etiam minus patientem Collusorem antegressus, reserato ostiolo, è regione subsidit, donec subeuntem pone submissoque capite ostiolum, occupat impactâ securi, sparsosque cerebro exanimem humi deicet; & sociorum centuriam in arcem inducit, cuius ditionem secuta ciuitas est, & Ebroicensis tractus vniuersus.

SEQVANVS VINITOR.

CAPVT VIII.

Guesclinius Meduntam capit speciem vinitorum induit milite.

*Anno Christi 1363. Argentr.
l. c. 48.*

CAROLVS Ebroicensis Na-
uarrorum Rex, vir nouarum
rerum cupidissimus, Delphino Ca-
rolo per absentiam patris Gallia-
rum Rectori, eò erat molestior ho-

366 *Polyæni Galliti,*
stis, quò propinquior, & sanguine
& ditione. Hinc ciuiles, hinc do-
mesticæ turbæ. Lutetia ipsa regni
sedes & caput, vt effrænis in Del-
phinum esset, dupli hinc indè
fræno in Nauarri partes trahebatur.

Mautz
& Meu-
lau.

Melun.

Le Cha-
stqau de
Rolle-
boise.

Is enim secundo sequanà Medun-
tam. Et Mellentum oppida muni-
tissima impositis præsidiis obtine-
bat; occupauerat aduerso flumine
Meloduni arcem. Bertrandus igit-
tur Gueslinius Caroli Delphini
auspiciis, in vtrumque rei gerendæ
cardinem intentus, prudenti consi-
lio, vicinum castrum ad Sequanam
situm obsedit; maiori copiarum nu-
mero quam loci magnitudo exige-
re videretur. Quò nimis si Na-
uarreus ingrueret integra obsedio-
ne, parem exercitum, hosti repel-
lendo è castris educere valeret; aut
copiarum partem aliquam ex insi-
diis in alia hostis propugnacula, si
quæ se fortè occasio daret, tradu-
ceret. Ducas solertiam non corru-
pit euentus. Iubet ad nocturnum

iter accingi , peditum manū alterā,
alteram equitū ; eos ipse per noctis
silentia ad subiectos Meduntæ cam-
pos ducit; mox è peditū numero vi-
cenos deligit in antesignanos. Hos
detraetis sagis , & cultu omni mili-
tari, Gausapinaş induit, & perones,
& petasos ; in rusticos denique de-
format vniuersos. Armorum loco
cultros rustica vagina obiectos , &
hispidam zonam, & bidentes, & pa-
stina vinitorum in morem tradit.
Dat in mandatis , vt hoc cultu bini-
ternue ad vrbis portam confluant,
quasi operam diurnam collocaturi:
admissi custodes cädant, dato signo
cum cæteris affuturum se. Prægres-
sis illis dubia adhuc luce , refedit
Guesclinius imā in valle vrbi pro-
xima , tumuloſo itinere protectus.
Custodes verò nullum dolum sus-
picati in rusticano cinctu , & anni
tempestate non minùs solemni
quam necessario, priorem turmam
nullo certo ordine procedentem,
aditu vrbis non prohibuerunt. Ij

ligonibus partim , partim cultris custodiam cædunt , stipatis ordinibus portas obsident, indicio quo de conuenerat edito , Guesclinius accitus , tutò urbem occupat. Atque ut victoriæ velificaretur , vbi primū descriptæ copiæ per vrbis & mænium regiones ; selectos equites Nauarræorum cultu insignes Melentum ad dexteram Sequanæ ripam agit; illò se præsidij causà properatò missos à Carolo Nauarro disserit. Dicto citius, hic verba illi urbem dedere. Ita viiius admodùm diei excursione vna , secundus fluuius vtraque ripa in Franci iura deuinctus est: aduersus, capto deinde Meloduno defit aduersari.

Melentum diximus Meulant non Mulantium, ex sententia Pap. Massonij in descriptione fluminum Galliæ p. 276. & Iuonis Episcopi cuius in diocesi erat illa ciuitas quem laudat idem Massonius vide ep. 115. Iuonis.

SERRA PICTONICA.

CAPVT IX.

Succisum occultè vallum repente
affligitur & aditum in urbem
irrumpentibus Francis
præbet.

Anno Christi 1369. Argentraus l. 8.
c. 7. Carolo V. R. FF.

HOSt I captiuo (si modò
generosus est) libertas vili
venditur , quocumque paciscaris
pretio. Bellica in hoste fortitudo ,
in vinculis tutò laudari potest ; in
uieti ponderis est , si cum vinculis
expenditur , patriam aut causam
prodit qui nondum confecto bello ,
aut publico fœdere , auro sibi parto ,
suis hostem iterum parat . Id saepius
Anglicis bellis in Gallia compro- Chan-
batum est , cum innata Gallorum
genti fortitudine præferuide vi du- des bis
ces , in hostiles manus deuenere ,
Guescli-
nium
cœpit.

*Plautus
multis
locis.*

310 *Polyani Gallici,*

seu mavis in rem nostram cum comicō loqui , potiti sunt hostium , & represētato pretio sibi suisq; rediti expensi rationem dāmnis illatis repetiuere. Quinto Carolo in hæreditaria in Anglos arma mouente , ordinem ducebat in Pictōnum finibus Iuo Carlonetus Brito , magni Guesclinij in Hispaniensī expeditione contubernio , & rerum gestarum consortio , externis etiam notissimus. Is cum prædabundus Anglorum præsidia infestaret , ingruentium fortè hostium numero implitus , quanquam hostilium copiarum cælo duce Chandoſio Pictonici tractus Prætore; captus in prædam cessit. Verūm ne tanta viri virtus irretita diu vinculis , Gallicæ rei compedes iniiceret , Turonum quibus erat longè charissimus , præsens cautio fuit , vt illata de publico , pretij summa , in partes extemplo reuocaretur. Liber Iuo moræ pretium statuit & multam Anglis dixit , acceleratam arcis alicuius ex-

pugnationem. Erat in proximo ad
oram Vigennæ dexteram vrbs ma-
gnitudine non contemnenda, An-
glico præsidio detenta, Castrum
Eraldium vocant. Hanc, quia hu-
miliores erant, nec satis muniti mu-
ri, ducto vallo & aggere sepserant
præsidiarij. Aggesta erat intrà fos-
sam ad murorum radices terræ por-
tio quæ loricam toti vrbi præten-
deret; horrebant totam circum vr-
bem defixa in altitudinem aliquot
pedum, præaltæ fudes, longuriis
inter se deuincta & addensatae.
Nocte igitur imtempestâ Iuo suo-
rum aliquot iubet ferris ad cultelo-
rum modum manuleatis palorum
singulos proximè solum anteriori
de parte semisecare, tum crenas &
ferrarum vestigia terræ aggestu ob-
rui mandat: præcisi sunt hac arte
pluribus locis per ambitum vrbis
pali, quò dispersa impressio, ne in
vnum facile colligi hostis posset,
efficeret. Iuo; præmittit qui ad
vallum per subiectam fossam eu-

Vienne
fluvie.

Chaste-
leraud.

312 *Polyeni Gallici*,
dant armis & scalis instructi, ad eas
nimicùm palorum intercapedines
qui essent signo dato affligendi, ipse
interea ad omnes arcis urbisque
portas, æneatores collocat qui stre-
pitu palorum accepto tubis incre-
pitent, & ciuium militumque ani-
mos incertos, metu multiplici di-
strahant. Successit ex voto consi-
lium. Iam enim remittebant se se
nocturnæ tenebræ, cum excubitor
summa de turre custodes somno
obrutos obiurgat, & proximam lu-
cem præuertendam monet: at ni-
hil admodum responsi ab sopitis
acepit. Iteratò obiurganti qui ad
vallum propriis resederant Iuonis
milites, se verò inclamant in officio
esse & in procinctu, ac mox detur-
bato proximo palorum ordine, sca-
las muris admouent, pari celeritate
cæteris usq; , ingenti fragore vndiq;
illatus primò in urbem metus, mox
& hostis.

LITTERÆ BRITANNICÆ.

CAPVT X.

Fictis litteris apud litterarum
rudem Anglorum ducem rem
Francicam promouent
Rupellenses.

*Froissartes Vol. I. c. 310. sub Carolo
quinto. Anno Chr. 1373.*

DE FICIENTIBVS passim ad
Francos Cismarinis regioni-
bus, sub annum Christianæ salutis
tercentesimum septuagesimum &
tertium suprà millesimum; Rupel-
lani ditionem moliti, arcem &
præsidiarios Anglicani nominis in-
tercepere, non cruentâ fraude,
Anglorum principum ad maiores
curas capessendas digresu, commis-
sa custodia erat homini non admo-
dum malo, & litterarum omnino
rudi, quippe qui nec ipsa quidem

O

314 *Polyæni Gallici*,
elementa, characteres, inquam, nōs-
set, nomen inditum Philippo Mar-
cello. Tanto præfecti stupori malè
conuenit cum insigni maioris Ru-
pellani Ioannis Candoretij solertia.
Jean
Cando-
rie Mai-
re de la
Rochelle
Vocato enim in conuiuiū Philippo
sub cœnam delatæ sunt, quas ador-
nauerat Candorerius, regiæ litteræ
Britannico sigillo de more munitæ
agnouit signum Philippus, principis
placitum, à Candorerio audiuit; cu-
ijs summa esset: censum militiae &
ur-
banae & præsidariæ primo quoque tem-
pore habendum, commeatus item &
ar-
morum apparatus; & si qua parte labo-
raretur, in eam cura regia incumberet.
Ergo præstitutū est huic statim rei,
communi consilio crastini diei tem-
pus antenieridianum. Regresso in
arcem Philippo & id vnum agitan-
te, vt quām opportunissimè para-
eam à re militari cohortem suam
probaret; Candorerius indicto cen-
su, copias descripsit ad duo millia;
ex his centurias duas noctu inter-
trudera quæ sub ipsam arcem & vt-

bem erant, nemine conscio, etiam de ciuib[us] collocat. Cæteram pubem vrbana[m] extrâ mœnia educit, ad eos campos, qui medij excurrebant rudera inter & ciuitatem. Philippus item suos ab arce haud paulò plures centenis, vix tota decuria imperio manipulari intrâ arcem relicta. Vix induxerat vltre[r]a rudereta cohortem, cum signo dato arcis aditum obstruxerunt progressæ de insidiis centuriæ; quas cum Philippus aggredieretur breui obruendus numero videbatur, nî manus dedisset. A capto duce necis metus, etiam ignominiosæ, novum exegit imperium in suos quo ad arcem productus, suis deditio[n]em imperauit. Arce receptâ iam tutò Franci Rupellani, per legatos à Carolo impetrârunt; Primùm quidem vt castrum Anglicanum funditus erueretur; tum nequo vñquam foedere, Anglo cederent iuri: sed Franciæ Postliminio restituti aduerterentur ineluctabili vin-

Le fort
Louës.

316 Polyæni Gallici;
culo: quod posteri tamen absoluere conati ad Anglos defecissent;
nisi perfidiæ frænum imposuisset
arx Laodicea Rupellæ imposta,
vndè prima fulmina in Rupellanos
evibrauit sæculum nostrum, donec
aggere stupendo deuinctum mare;
vallo soluna, Rupellanam perfidiam
interclusit.

FVMVS VASCONICVS.

CAPVT XI.

Obsessi Angli à Francis, fumo
expelluntur à castro
Condomiensi.

Anno Christi 1374. Iunij 29. ex
Duplexio in Carolo V. & ciuium
Condomiensium litteris.

Le trai-
té de
Britigni.

CESSERAT in Angli iura;
ex Britiniacensi fœdere quod
captus Ioannes per vim icerat,
Nouempopulania. Hinc Condo-
mensis & ciuitas, & arx numeroso
Anglorum præsidio tenebatur, cum

Caroli sapientis frater Andegauorum Regulus anno s^eculi quarti decimi, quarto & septuagesimo, in Aquitaniam cum exercitu missus superioris Nouempopulaniæ oppida ex Anglo in Caroli fidem plenaque omnia recepit. Condomen-
ses imprimis pertæsi Britannicam scruitutem; vbi primūm increbuit aduentatis Andegauis rumor vrba-
num præsidium communi ciuium coniuratione cecidēt. Mox ad ar-
cis expugnationem progressus ani-
morum impetus, nouo sanè astu muralium tormentorum penuriam expleuit. Erat arx veteri Anglo-
rum instituto vægrandi mole exci-
tata, crebris hinc indè locis ad fre-
quentiores emissiones in longum
rectâ perosso muro. Extabat ad
superiorem contignationem perpe-
tuus in coronæ modum paries, pro-
minentibus certâ intercapidine mutulis ad pronas ejaculationes impositus. Ex castri forma natum
confilium. Ergo certatim oppida-

Condo-
niūm in
Ni^cto-
brigibus
vlsga
rumais.

ni defringere Sambucorum ramos
quorum erat in proximo vberima
copia, in fasces & strues cogere, has
ad arcem aggerere frequentes, fimo
scenoque madido permiscere, tum
ignem subijcere. Is malignè scili-
cet conceptus fumi globos & in-
gentem tetro vapore nubem egere-
re; & ventorum tum fortè gene-
rosius solito spirantium afflatibus,
arcis penetralia subire, graueolentia
& caligine oppleta omnia obtinere.
Angli denique præfocatis penè im-
portunâ peste faucibus, & spiritus
militares & arma deponere; de sta-
tione vniuersi decedere. Oppidani
contrà vt pro muris ac pinnis ho-
stium neminem vnum curare ob-
seruatum est, admotis derepentè
scalis in arcem succedere; infinitâ
cæde in semisopitos, atque ægrè
animam agentes grassari; vniuersos
denique aut inter dubias fumi ne-
bulas conficere, aut se armaque de-
dentes vincire. Ex fumo fulgor &
fama ad posteros manavit; deleto-

enim tota Gallia Anglico nomine Carolus septimus tam illustre facinus publicis ad sæculorum memoriam litteris prosecutus est, His fas, iusque esse iubet ciuibus, vrbanae pubis delectu habito in armis & fago esse ad tertium Kalendas Iulias. Quâ etiamnum facultate posteri perfruuntur, & variis bellicæ artis exercitationibus, ad ipsa dirutæ arcis rudera, prælatis aut manu, aut pileo sambuceis ramalibus, faceti memoriam & maiorum gloriam colunt.

Ex in profecto Imperatori index nuntiauerat certus, circâ muros subuersi opidi, fallaces foucas & obscuras, quales in tractibus illis sunt plurimæ, subseditisse manum insidiatricem latenter, ut improuiso inde exorta, agminis nostri terga feriret extrema. Confestimque ad extrahendam eam missi sunt compertæ fortitudinis pedites. Qui cum neque peruadere foraminum aditus, nec amandatos intus prolice posse ad decernendum, collectam stipulam & sar-

320 Polyæni Gallici,
menta specium faucibus aggesserunt.
Runde Fumus angustius penetrans ideoque spissior, quosdam vitalibus obstructis
necauit: alios ignium afflatus immisso
prodire in perniciem coegerit abruptam.
Ammianus Marcellinus lib. 24.
pagina 275.

BELGICA RHEDA.

CAPVT XII.

Aldenarde capitur curribus in vrbis
portas actis & viam obstruen-
tibus, dum qui in infidiis
ad vrbem erant suc-
cederent.

Froissartes Vol. 2. c. 151. sub Carolo
sesto, anno 1383. May 17.

SE C V N D V M priorem in
Flandriam sexti Caroli expe-
ditionem, agentibus de induciis
Francorum & Anglorum apud
Morinos legatis, Franciscus Attre-
menius Ganduensis perduellio,

Aldenardem insigni perfidiâ inuasit. Hinc variis in Neruios excursionibus, Tornacum & cæteras yrbes infestastenuit, Scornæi vniuersam ditionem vectigalem fecit. Huius Toparcha Francicis auxiliis, iure clarigationis Aldenardeni ipsam, quamquam erant inter Reges pactæ Induciæ, recepit. Geminis curribus cibariorum multiplici genere onustis, ductorum veste milites generosos quatuor præfecit. Qui sub ipsa Aldenardes mœnia custodes admonent annonaam se Attremenij, tunc Gandaui agentis, iussu, ab Hannonia conuehere. Commeatus opportuna mentio valuas reduxit. Priores alter, alter citeriores insedit currus momento temporis eodem uno; mox, ut inter agitatores conuenerat, malleis iis quibus ex more ductarii funes testmoni adhaerens subductis; iumentis etiam subsistentibus vtræque fores impeditæ. Nam cum moram exprobrantes vigiles, equos abegit.

322 Polyæni Gallici;
sent, abiectus est vterque currus te-
mone in terram afflito per explo-
ratores Scornæus, digladiantibus
cum custodia suis, & parata tela de-
curru depromentibus, suppetias tu-
lit proximis è latebris. Ita victor
ingreslus gemino curru de perfidis
triumphum egit.

S O D A L E S ANGLO-GALLICI

CAPUT XIII.

Ferrandum montem occupant
cultu inititorum & multi-
plici versutiâ.

*Froissartes l. 3. c. 104. an. Chr. 1385. 13.
Februarij Carolo sexto Rege.*

ICTO Francos inter Anglosque
fœdere, Rege Carolo huius no-
minis quinto, successit omni bello
grauior armata par; Anglus enim
pernicioſo Francis consilio per ar-

cana auspicia veteranos in speciem exautoratos, in varia militiæ corpora conuenire & Galliam penè uniuersam obsidere patiebatur (Sodalitates vocabant) cui sentinæ exhauriendæ non satis fuit, in externa bella sodales frequentes transmisisse, & ex ijs auxiliares Italos & Hispanos parâsse. Pertinuerunt propagines ad sexti Caroli ætatem: qua plura oppida, & arces munitissimas ad Aruernos maximè obtinebant, sodalium celeberrimi; plerique tamen ex sub ipsis pyræncis oriundi. Hos iter Perrotius Benearnus locupletem in Aruernia inferiore ciuitatem & per amœnam Ferrandum montem dolo militari, si grassatoris nomen eximas, occupauit, non indecoro. Præmisit in vrbē suorum decuriam specie & cultu institutorum malè de more exculto; agente qui captiuus plures menses detentus liberâ custodiâ in eo oppido singula mœnium vrbisque loca callidè perlustrauerat Gironetio: hic man-

324 *Polyæni Gallici*,
dram & sodales sub noctem indu-
xit in ciuitatem : & in multam no-
ctem epulis operatus suorum ali-
quot in eam murorum partem per-
duxit quæ media portas inter duas
molliores præbebat aditus insulta-
turis. Consilium iuuit custodum
inertia , & lustratoris nocturni so-
cordia. Erat is adolescens vrbi præ-
fecti filius vix annos natus septen-
decim : qui quod erat perdura cœ-
li facies , pluviisque nimbiisque &
turbanibus hyemantis, penuriâ cor-
ruptus, vigilibus ad medium specu-
lam curantibus pernoctationis gra-
tiam fecerat. Ergo vacuus à custo-
de locus cessit opportunis insidiis.
Hac tamen cum Perrotius cuncta-
retur perrumpere , casus alter vrbi
cladem confecit. Sartor vrbanus
nocturno labore alienæ domi per-
functus suam repetebat mœnibus
ipsis pænè suffixam casam : sed stre-
pitu obiurgantis Gironetij percep-
to imprudentâ vociferatione exclam-
antem detinuit , repente mani-

pulus; mox eundem vi paratâ adat-
etum ad proximam portâ custo-
diam sîstit, iubetque præfecti nomi-
ne custodes commonefacere adi-
tum in urbem reserarent, & Volcas
institores properatò admitterent ad-
iussum se renuntiare, vel illo indicio
quod non ipse præfектus sed filius
eâ de nocte excubias obiisset: fidem
fecit, & vox hominis nota & indicium
semisopitis nimirùm. Traditis igitur
per summam vecordiam trans ar-
cuatas fenestellas clauibus, priores
valuæ à sodalibus reseratae. exterio-
res cum à properatibus, ut fir, pandi
non possent, à Perrotianis, securi-
bus perfractæ aditum in urbem de-
dêre. Biduo spoliis operâ datâ, ter-
tia nocte discessum; abductâ non
minùs repento & oportuno con-
filio in proximam sodalium arcem
ingenti præda & captiuorum turbâ.



HERILIS AMPHORA.

CAP VT XIV.

Vide
sodales
Anglo-
Gallici.

Adornati ab hœste milites Seruilem
operam urbanis heris oblocant,
& urbem suis produnt.

Froffartes Vol. 3. c. 4. p. 9.

Compa-
gnies de
Lourde
prenent
Ortigat.

SVB hæc tempora, quo anno
incompertum mihi, Petrus
Anchinus Bigerrio, Lapurdenses
sodales in castrum & oppidum in-
tulit sub Fuxensium funibus situm.
Quarto ferè antè mense è famulis,
non seruiliis solertiæ, duos præmi-
vit qui heros sibi oppidi ciues, oris
& roboris commendatione nacti,
urbis capienda concilia promoue-
re. Per augusti nundinas ipso virgi-
nis in cœlum assumptæ festo; in-
gens erat institorum frequentia vici-
nis omnibus ex prouinciis. Id quo-
que delectum est prædæ maiori oc-
cupandæ tempus. Nocte igitur in-

tempesta, proximæ syluæ latebras
insedit Anchinus, & de gregario-
rum aut calonum numero senos,
condictum ad locum muris scalas
admoouere iubet, vrbaniis duobus
rem strenuè pro pinnis curantibus.
Hi transgressos in vrbem socios
tantisper sub ipsam custodiam vici-
næ portæ impositam, fistunt, dum
ipsi à notis vigilibus duobus admo-
dum, admissi, sibilo monerent in
custodiam irrumpendum esse. Nec
verò fuit artis insolitæ vigiles inter
pocula pernoctantes spe meri heri-
lis illicere. Monent pro foribus fe-
stiuas afferri sportulas & notâ voce
aditum obtinent; tum sibilo edito,
seni milites in incautos illati nullo
discrimine, vigiles cœdunt; & suos
de latebris filuestribus cornu in
apertas valuas, nemine uno de ciui-
bus reluctante, prouocant. Sortis
porro fuit fauentis, non certi consi-
lij, quod arcî præfectus intrâ vrbem
ea nocte commoratus, in sodalium
manus deuenit; qui rectè vt adde-

328 *Polyani Gallici,*
cebat, victoria vbi, & præda, sub
autoram præfectum ad arcem si-
stunt, coniugem, & præfidiarios in-
ferendæ in præfectum necis metu
ad ditionem compellunt.

MARTIALIS LEMOVIX.

CAPVT XV.

Specie fœderis ineundi arcis hostilis
præfectum ad dedendam arcem
adigit, minatus quam protu-
lerat extrà fores manum,
foribus se configurū.

Anno Christi 1382. sub Carolo sexto
Froissartes Vol. 2. c. 144.

A Los Am arcem quarto mil-
liari à Sanflorana ciuitate
apud Aduernos superiores obtine-
bat suorum sodalitio, vnu om-
nium inter sodales celeberrimus
origine Lemoviæ Americus Mar-
tialis. Hinc belli Flandrensis tem-
pore, quo erant in castris regiis

cum Carolo Aruerni primates, repentino insultu vicina castra non pauca inuasit. Marquellum verò Aluerni Delphini arcem, miro præfecti stupore iuris sui fecit. Sub noctem cum de more greges, & armata intrà castrum agerentur, inter ipsas moras & strepitus numerosi pecoris, admotis ad muros scalis subiit cum suis. Perculsum tam inopinatā irruptione præfectus Geraldus Buissellus, ab ipsa cœna cui iam accubuerat curriculò in interiorius conclave succedit, notoqué aditu in munitissimam turrim totius arcis singulare præsidium: mox reductis foribus abiectaque crate victores ipsos incautos capit. Vnus enim erat admodum per eam turrim regressus, nī mallet irruptor iteratò muros scalis superare. Martialis hic de victore iam penè certo, penè iam certò vincendus; consilio, fœderis vltrò mentionem facere, prædæ omnis desitum polliceri, si modò traditis clauibus liberum

Le Château de Marquèl quod Mercis P. 283.
voegt Froiss.

330 *Polyani Gallici*,
exitum daret Giraldus. Cunctanti,
fidem vnā & manum interpositā iu-
risurandi religione , tradit ; per ip-
fas nimirūm clairatæ fenestellæ an-
gustias. At vbi Geraldi dextram
Martialis apprehendit, reluctantem
licet extrā fores abduxit, petitāque
fica, minatus tabulato se confixu-
rum, ad tradendas arcis & turris cla-
ues quas secum abstulerat , adegit.
Necante ab capta arce deiectus,
quām quinque Francorum millibus
obsessus est , Nummorum inquam
non militum.



MAVORTIUS FICTILIS.

CAPUT XVI.

Thurium oppidū capitū militibus
aliquot portas obsidentibus
specie ancillarum situlas
aqua plena in urbē
inferentium.

Circā annum 1374. sub Carolo quinto
Junio mense Froissartes vol. 3.
cap. 9. pag. 40.

MV LIEBRI specie Mauleo
nothus & sodalis & Vasco,
Thurium, oppidum castro mun-
tum, in Albigensium tractu inter-
cepit. E proximo castro suo foda-
les eduxit circiter quinquagenos,
per cæcta & tenua loca interdiu,
& iam multa nocte, citra pomœ-
ria reducta in valle collocauit. Ipse
& vna de iunioribus quinque,
flammeis muliebribus obvoluto ca-
pite, & toto ancillari cultu, sub du-

Vide So-
dales
Anglo-
Gallicos

Thurie
en Albi-
geois.
vulgò
Thuriés.

• •

biam adhuc lucem, ad fontem perenni scaturigine vberem, ipsa ad pomœria primum; tum hausta filibus situlis aqua, ad urbem procedit. Erat custodiæ præpositus unus omnino, & is futor, iam ad opus succinctus; vnde nec fœminis quidem deesse poterat virilis animus, in tam inermi custodia. Vbi successum est intrâ fores, insonuit acutum venatorio cornu de sodalibus unus aliquis. Et fatore sciscitante quis esset tam stréperi sonitus, tam matutinus auctor; sacerdos, inquit, nescio quis venationi aut peregrinationi, opinor, accinctus. At at excepit utili coniecturæ custos de sutrina; noster is est profectò Curio, matutina venationis imprimis studiosus. Hæc illo & huiusmodi alia deblaterante, exciti ante cornu ab insidiis, sodales, concitatis equis, artem ex improviso tenuere.

Thuryj huins castri rudera disuntur etiamnum in prærupta rupe que Viaurio fluvio imminet, ubi ponte Albiensis

tractus Ruthenis iungitur : quà olim re-
gia via erat Tolosa & Albiga Sego-
dunum Ruthenorum proficiscientibus, sex
ferè ab Albiga passuum millibus ad
oppidum Pompeiopolin, Tenet fama in-
colas captum ab Anglis castrum hoc,
cum esset egressa ancilla ad vicinum
fontem cui sanctæ Barbaræ nomen est.
Huius veste & vrna imposita sibi ex
insidiatoribus vnius aliquis custodem fe-
fellit. Hi tamen Angli, ex sodalibus
erant Gallis sed partium tunc Angli-
carum. Quod constat, vi & alia à no-
bis descripta, ex sententia ipsius Anchini
apud Froſartem differentis.

vide
Rhodés.

vide
Pampe-
lune.
d'Albi-
geois.

La fon-
taine de
sainte
Barbe.



BOVTILIERIVS.

O B Æ R A T V S.

CAPVT XVII.

Pretium dedendæ arcis dum repræsentat armatā manu, Prafectō vim infert & arcem recipit.

sub Carolo sexto. Gaguinus l. 9:

VENTADORIVM arcem in Lemouicibus Caroli sexti ætate munitissimam, crebris incursionibus infestabat Guilhelmus Boutilierius. Cuius ut vim elideret Anglicarum partium arcii Præfatus, Gaufredi Teckatori & nepos & hæres, Alanus, simulato tranfugio, arcis prodendæ pretium Francorum millibus decem, addicit. Boutilierius acris ingenij vir, notis Alani moribus tantum fidei habuit, quantum esse satis videri poterat, ut perfido imponeret. Rem igitur

ad Biturigum ducem refert; à quo dolos cauere iussus summam pecuniae accepit, & manum militum. Statuto verò & die & loco tradendae pecuniae simul & arcis, præmitit Guillelmus qui Alanum monebat adesse se & in armis & in ære. Tum progressus ipse vñā cum suorum priore manipulo, cæteros non exiguo numero sub castrum subsidere iubet. Ea parte in arcem admissus cui turris immane quantum munita immineret, in qua numerosam Anglorum manum sibi in infidiis collocatam certis ex nuntiis acceperat; in eam sibi priùs aditum patere vult quam summam repræsentet: Cunctanti Alano vim patrat; at ille terrore vietus, suos iam verè prodit, valvas reserat, & insidiatorum decurias tres Franco tradit. Anglis vitâ concessâ; Alanus & Petrus frater ad Biturigum ducem primò, tum ad Carolum abducti, & tecuri percussi, perfidiæ non magis quām inertiae, & socordiæ pœnas luerunt.

THOLONGEO LICITATOR.

CAPVT XVIII.

Spe arcis recipiēdæ illecti Burgundi
in fraudem inducuntur.

Anno Chr. 1423. mense Aug. Carolo
septimo Rege ex Montreletio
vol. 2. & aliis.

AR X erat Bussariana Tornus
sium inter & Matisionem
Burgundiorum conatibus obiecta.
Quam Tholongeo Burgundiæ
Marescallus cum vi expugnare non
posset, auro tentauit. Praefectum
aggressus ingentem summam & fi-
dei & arci opponit. Recipit Prae-
fectus Tholongeonem cum suis in
arcem indueturum; & fidem euen-
tus probavit. Sub constitutum li-
citationi diem, clām submissi sunt à
Prætore Lugdunensi equites quin-
genti, mille pedites: quas commo-
dūm
• •

dùm copias auxiliares Carolo subministrabat Dux Mediolanensis. Has ergo Præfectus nocturnis in insidiis collocat secundum arcem, eâ viâ quâ erat Burgundus initurus. Quamquam verò hic ut in hostico, & in hominem, quod ipse animo induxerat, emptæ fidei subtrepide procedebat, numerosa cum manu. Captus tamen inexpectato citra castri pomœria insultu, antequam obsides exegisset, in arcem cum suis inductus est; pecunia & apparatus omnis in prædam cessit; Tholongeo postmodum cæterique captiuorum proxima permutatione dimissi.

COMPENDIVM CVRVLE.

CAPVT XIX.

Inducto intra valvas curru cædūtur
equi & fores obseßæ ab insi-
diatoribus occupantur.

*Anno Christi 1418. sub Carolo sexto
Montreletius vol. I. c. 193.*

Compie-
gut.

Le Sieur
de Boc-
quialtus,

CAROLI Regis ægritudine in perniciem regni vſus Burgundiae Dux, clauum publicæ rei non tam moderabatur, quām ad effrænatos animi cupiditates torquebat Delphinus regia elapsus, Franciæ rectorem se publicis libellis edixit; & bellum statim in Compendium intulit. Oppidum hoc Lutetiæ proximū, ea tempestate caſtro & propugnaculis longè munitissimum infederant Burgundiones præſidiarij. Hos Delphini auspiciis yrbe & caſtro exegit Bocquialtus.

Occupata nocturnis insidiis vicina
sylua, sub lucem præmisit è suo nu-
mero milites probatæ fortitudinis
octo rusticâ veste. Præibat qua-
drigarius agitator cum curru fron-
dibus onuito, sequebatur in spem
aut speciem urbanæ operæ rustica-
nus manipulus. Curru igitur intra
valvas, pontemque mobilem ad-
misso, curulum equorum preci-
puus qui ad temonem, consilio, ab
irato agitatore cæsus humili affligi-
tur; tum verò inter stantis conuicia
mandrae, inuadunt asseclæ in custo-
des, partim cædunt, partim fugant
ita fores vtrasque occupant; & suos
é latèbris suburbanis in urbem in-
ducunt, victoria non admodùm
cruenta. Præfidiarios aliquot, &
ordinum ductores in castrum ter-
ror abduxit, idem paulò post ad de-
ditionem compulit

Iuuenal.
sat. 3.

ALOSA CARNVTENSIS.

CAP VT XX.

Aurigarum & institutorum habitu
militibus agentibus plaustra
piscibus onusta, recipitur
Carnutum ex
Anglis.

Anno Christi 1431. Aprilis 20.
Monstreletius tit. 2. sub Carolo
septimo Emil. l. 10.

VRGVNDIÆ Ducibus pro-
dita Carnutensis ciuitas, an-
no decimo septimo saeculi decimi
quinti, rem Anglicam in Francos
omni ope & perfidia promouerat.
Cum à municipum duobus, consi-
liis & ductu viti in Theologicis
eruditis & eloquentis, Ioannis Sar-
ceni ex dominicana familia, Carolo
eius nominis Septimo, postliminio
restituta est. Erant ij apud suos con-
uehendis in urbem mercibus & no-

tæ fidei & gratiæ. Qua tamen
vtraque Franco maluere, vt iure
subditos decuit, quiam Burgundo,
aut Anglo verius velificari. Feriam
sextam præstitutam inuadendæ ci-
uitati, addixit Saracenus celeberrimi-
mæ concioni, ad quam magno ap-
paratu popularis eloquentiæ mirus
artifex ciuitatem vniuersam iam an-
tè inuitarat, condixeratque ad ex-
tremam urbem in ædem sacram à
Blesensi via, qua erat Francus ir-
rupturus, remotissimam. Eo cele-
berrimo conuentu & die ad por-
tam Blesensem promoti sunt eur-
rus aliquot, vino, frumento, & pis-
cibus quos inter Alosæ erant fre-
quentes, onusti; rusticorum specie
agentibus militibus. Antecedebant
municipes insidiatores, qui sub ip-
sum ingressum exemptas de curru
alosas aliquot custodibus in manus
tradunt: at inter hanc beneuolen-
tiæ rependendæ speciem occupant
agitatores, & cædem custodiæ &
portam. Signoque proximis ad po-

quo an-
no Pasca
incidit
in pri-
mum
April.

342 *Polyæni Gallici* ;
mœria insidiatorum globis dato ,
priores copiæ in oppidum inuadunt;
cæteræ deinde certis spatiis latitan-
tes ad millia vsque militum qua-
tuor. Captæ vrbis strepitus concio-
nem dissoluit ; vires , & stupor ci-
uium & nostrorum solertia elisit ;
qui quadrato agmine omnia antè
tuta vrbis loca perrupere , quām
stare ciuis aut præfidiarius in armis
posset. Accessit quoque dolo mili-
tari , & bellicæ fortitudini , publica
pacis mētio , cuius vnam vocem ob-
uiis quibusq; obtrudebant Franci.

BRESÆI MOLITOR.

CAPVT XXI.

Varnolum capit Bresæus generosâ
per muros irreptione & callidâ
molitoris urbani operâ.

*An. Chr. 1449. Monstrel. Vol. 3. in
Carolo VII. Gag. l. 10. Æmil. 10.*

VERNOLI I muris inædifi-
cata erat vrbana moletrina

cum Angli præsidarij vrbem & ar-
cem obtinebant Carolo septimo
Rege. Huius custodiam proximo-
rumque murorum commiserat vbi
Præfектus ipsi pistrinario molitori,
ratus publicæ rei tutelam cum pri-
uata certiore fore. Secus tamen
quām informārat animo consilium
cessit. Publicam rem corrupti pri-
uatæ amor. Fortè nocturnus excu-
biarum lustrator Anglus in molito-
rem somno sopitum inciderat, &
plagis ignominiosè mulctarat. Is
conceptā ex tempore iniuriæ vindic-
tā, facere primū, tum suo sibi
quasi somno succensere, maiorem
imposterūm solertiam polliceri.
Somnolento fides habita, vigilem
fecit. At quam contumeliam som-
nus intulerat ad vindictam excita-
uit. Prodendæ ciuitatis consilium
ad generosum virum & Francicæ
rei tutorem egregium Petrum
Bresæum Piætiorum præfectum
desert. Conducitur ad Iulij vicefi-
mum nonam. Quo die primulam

Pierre
de Bresé
Senes-
chal du
Poitou.

sub lucem equestres copias ad muros moletinæ vicinos semotis equis in pedes abiit. Molitor ex cubiæ præpositus sociis custodibus auctor est rei diuinæ maturandæ, quod esset hic dominicus dies, & subiungit pietati iocos : festiva ientacula frigescere solita, adulta iam die de sacra æde redeuntibus. Sapuit custodum palato tam boni præfecti liberalitas. Decedunt de statione singuli. Tum properè scalis in urbem euadit Bresæus cum delecta suorum manu ipse princeps, & semisopita civitate potitus ad arcem irrumpit quò se trepidus hostis receperat. Castrum erat omni arte præmunitum, depressis in magnam altitudinem fossis, inductisque in eas aquis: penè ut imaginem Britanicæ insulæ quæfisse Angli viderentur. At Bresæus quod nulla in promptu suppeterent curilia tormenta, generofius manu rem decreturus, stupente Anglo, actis mirabili arte cuniculis aquas

aliò deriuat, & sicco susseſſu arcem
agreditur. Cessit inuicto robori
mōrale præſidium, & perruptis
prioris munitiſti propugnaculis,
compellitur. Hostis poſtremō in
turrim penitam fossa item & age-
re succinctam. Hic deindē pari vir-
tute obſeſſus, deiectus tandem eſt
Augusti vicesimo tertio. Ut noſſes
auitam Breſeanæ familiæ virtutem,
quæ incautum hostem ſolertia in-
uadat, paratum elidat generofitate,
frangat conſtantiam reluſtantem.

Aeneas, auctor antiquissimus in
